

188 Bl.

1289

H. 50.

Liber Bibliothecae Academicae
publicae Senkenbergianae.
Rep. No.

Hs. 492.

Codex Diplomaticus Hildesimensis, usque
ad annum 1240^{ti}. pertingens, sed non
satis curate scriptus, et ex Bi-
bliotheca Perschiana à me red-
emptus. Sive hoc vitium Perschii,
sive scribae sive codicis sit, is mi-
hi multo ob res ignotas eo conte-
tas, carus est.

H. Senkenberg.



In nomine sancte Trinitatis.
Notum esse cupio omnibus no-
stra Ecclesie filiis imo cunctis
fidelibus, qualiter ego Bernwar-
dus, humilis et indignus san-
cta Hildeneshemensis Ecclesie
Episcopus, immensitatem cri-
minum meorum attendens, sor-
tem quoque natura cunctis in-
certam sollicitè spectans,
Testamentum quoddam statui
et conscribi feci, quatenus dum
adhuc viverem et incolumis vi-
gerem, quaedam res meae pro-
prietatis meae diligentia acqui-
sitas meo juri utcumque ab ali-
narem, et per testamentum
multis notum facerem easdem

me divino servitio addixisse, quod
quidem jam olim facere dispone-
bam, sed ne fastus vel inani-
tas jactantia opponeretur vi-
tabam, sciens, nihil Deo acce-
ptum arrogantia levitate se-
datum, jugiter conscientiam
meam humilians ex stercoris se-
ditate et paupertatis egestate
divinae pietatis respectu me ad
hoc regiminis pervenisse,
semper quidem desiderio flagra-
bam, memoriam sanctorum
si qua facultas competere fre-
quentare. Unde et sacellum
quoddam primitias oblationis
meae foris murum civitatis
nostrae, videlicet sedis, castru-
xi in honorem scilicet Domini.

2

nostri Iesu Christi per,
petuamq; Virginis sanctis Mi-
chaelis et omnium caelestium
Virtutum, nec non sancte et
vivifico Crucis; cujus pars
aliquanta ibidem Dei gra-
tia veneratur, spem habens
et desiderium, amplificare
prafatam memoriam, et ut pa-
ce et sine invidia cuncto-
rum dicam, quosdam colli-
gere, qui in prescripto loco
divino famulantur, in quacunq;
professione Deo placuerit,
semper insistant, ad quam di-
pono et trado in stipen-
dium ibidem militantium
villam meam, Ruti Villa, Ste-
mnum

num quoque quantum nunc inve-
stitura ejusdem Ecclesie pos-
sidentur, Ekisem, quantum ibi
possidemus, Aveningarothe, quod
nostri juris est, Eganstedt, quod
ibi possidemus, Sieftredi, quan-
tum ibi habemus, Sianfeldi, quan-
tum nostri est, cum centum
familias Litonum, cum omnibus
quo ad illa praedia pertinent,
Sylvis, agris, parcuis, pratis,
aquis aquarumve decursibus,
molendinis, piscinis, cultis
et incultis, acquisitis vel acqui-
rendis, et quia haec mea propria-
tatis sunt, non aliunde subla-
ta, sed meo studio acquisita,
trado ea in monasterium Deo
ibi

ibi militantium ob memoriam
mei patris quoque et matris
et germani mei meorumque omni-
um, adhuc autem trado ad illam
memoriam in usque ibi militan-
tium, locum qui ex occiden-
tali parte adjacet cum heren-
te vinea pomerumque ex orien-
tali parte vicinum. Haec
omnia dispono ego et ad
effectum perducere cupio,
sed si forte infirmitate ut est
humanum vel extremo die
preveniar, vos omnes jurata
manu filij karissimi et fra-
tres dilectissimi, cum qui-
bus jam vivere et consepel-
turi in Christo cupio, vos
statuo testes hujus testamenti,

et Spiritum sanctum, cuius
instinctu hoc aggressus sum.
Vos etiam Precatores ad
successorem quemcumque Deus
ordinaverit mitto, ut votis
meis per Christum annuat,
memor proprio fragilitatis. p.

4

Innis creatura, homo nonne
ideo à suo condita est creato,
re, ut juxta ritum nature,
potius suo serviat Creatori,
quam creature. Cujus ha-
bitudinis status dum sit
rerum discolor usus, ani-
mum tamen rationis com-
potem semper reflectit ad
sua conditionis tramitem.
Deo quo amplius quemque cor-
rexit divinus haustus
tanto divinius se Deo quis
que obligat in omnibus rebus.
Et hoc fieri nequit, nisi ubi
valida Dei manus quemque
sibi attraxerit. Unde in

appetitu gratia se cuique
imaginat et conformat
protectio divina misericordia
Cujus rei experimentum dum
consulimus, è vestigio nobis
occurrit divinum responsum,
quod peccante Adam, et inde
longa exilii dispendia per-
ferente, credidisse Abraham
Deo, et hoc illi reputatum
esse ad justitiam. Cumque, et
divina proveniente clementia,
tum et exigentibus meritis,
accipimus Legislatorem, Moy-
sen, Ducem ac Praeceptorem
extitisse populi Israel.
Sari examine sanctitatis,
miramur, miraculorum facto-
rum

rum Heliam humani ovi
nondum cognovisse metam,
sed curru igneo sublatum esse,
ultimo saeculorum iudicio
reservatum. Excedit men-
tem nec capi et finem, si de
his, et horum similibus,
nostra ratio ulterius vi-
tendere voluerit. Satis
indicium est, quantus as sur-
rexerit in proelio David
manu fortis. Et sole luci-
dus est, structo taberna-
culo Dei, quantis religio-
num ritibus et libaminum
mysticis cultibus se Deo
approximaverit sanctus
Salomon, cuius poenitentia

meritis nullus unquam repperitus
est similis. Quibus omnibus
ad habitudinem factorum reve-
lavit Deus secreta meritorum,
ut temporaliter merito et ope-
re omnibus semper essent dispa-
res, insuper eternaliter ange-
licis spiritibus fierent coqua-
les. Hoc ego Berwardus
considerans Dei profectione,
non meritis, dictus Episcopus,
et diuturna meditatione vol-
vens, qua meritorum archi-
tectura, quove verum pre-
tium, possem mercari cæ-
lestia, cum essem aulicus
scriba doctus, et beata me-
morio tertii Imperatoris
Ottonis didascalus, simul
Primistrinius, divina tactus

6
gratia, realus mei super
flua perhorrescens, divinam
que gratiam concupiscens, di
straxi animum in diversa,
quo modo eterno satisfacerem
misericordia, sicque remedium
mea obtinerem anima. Sed in
tenuitate tunc mea qualitatibus,
quicquid animo proponebam,
aut via inchoandum, aut nun
quam perficiendum timebam.
Animus tamen magis ac magis
ardore sancti propositi
desudabat, licet tunc tem
poris fortuna quid incho
asse vetabat; cum ecce
Dei electio, Penatuumq; decia
matio, me Pontificalis

gloria solio intronizandum
praeligunt; et ne grea Do-
mini turbaretur, sine Pa-
store, nec esset Ecclesia
mater nostra quasi vidua,
in electione novi Pontifi-
cis, cor unum et animam
unam omnibus fecit habere
spiritus pacis. Introniza-
tus Bemenopolitana Ecclesia,
quo diu animo conceperam,
opere complere volebam,
scilicet beata memoria tra-
dere titulum nimiris mei, Ecclē-
sias struuisse, ac officia Deo
servientium inibi ordinasse,
omnemque facultatulam meam

Domino

7
Domino lucrasse, qui esset
pars et hereditas mea; et quia
sunt occulta Dei judicia, sem-
per tamen iusta, consensu
et hortatu Christi fidelium,
novam Dei ecclesiam condere
cepi, in qua ad laudem et glo-
riam nominis Domini, et vo-
ti mei propositum adimplevi,
et sancta Christianitati, adhi-
bitis Deo dilectis fratribus, con-
sului. Fundato enim novel-
lo opere, et designatis co loci
locorum qualitatibus, ne
ocasio terrena vagationis,
esset dilatio cepti operis,
gloria tibi Christe, tactus fe-
bris incommodo, agrotare cepti
quinquennio: et dum mihi fit in ter-
ris sine causa, castigans castigavit
ne

me Dominus, et morti non tra-
didit me, ut credo et confido
in Domino, ne absentia mea
prosentis fieret quoddam in-
termissio spei mea. Cui loco,
Deo, sanctoque cruci, per ipse-
tuaque Virgini Mariae, sanctoque
Michaeli Archangelo titulado,
Monastici ordinis indidi per-
sonas; quas ea ratione coadu-
navi, ut, sicut iuxta Mona-
chicam normam à saeculi acti-
bus alieni; ita essent ab omni
impedimento saecularis servi-
tii liberi. Consilio itaque se-
nioris mei Imperatoris Hin-
rici, et magistri mei Erken-
baldi Archiepiscopi, quem ego
cum confratrem meorum conven-
tu in Archiepiscopum consecra-

8
quicquid terrenarum facultatum
in curtis, curtilibus, terris, pa-
reus, aquis, sylvis, pratis, Ecclē-
siis, sanctorum pignoribus, li-
bris, argento et auro, et quic-
quid id est, quod hereditario
jure possedi, aut seculari
coemptione acquirere potui,
exceptis plurimis, quo altari
sancto Mariae in principali
Ecclēsia, in coronis aureis,
calicibus, candelabris, palliis,
aliisque ecclesiastici ordinis
ornamentis contuli, totum
usibus fratrum, per manus
advocati mei, tradidi, Deo
et sancti sejus, pro anima-
bus praedictorum seniorum
meorum Imperatorum, et
mea, omniumque Successorum

meorum, ~~Episcoporum~~ et eorum
quorum patrimonia acquisivi,
quatenus servitores Christi, ab
omni terreno servitio liberi, sub
defensione et patrocinio suc-
cessorum meorum Episcoporum
promuniti, in pace et
misericordia, quae tempora
ducant, (et in salute viven-
tium beato contemplationi
inhareant.) Si quis autem
mei ordinis successor, aut
aliqua secularis persona hoc
effringere voluerit, et hoc
tyrannice sibi usurpare pro-
sumpserit, gladio verbi Dei
à Deo et sanctis eius illum
submoveo, ut incumbente
super illum omni maledictione,
ca.

9
careat benedictione, sicque ex,
terminatus à terra et coelo,
partem habeat cum Juda, et
cum his, qui in hereditate pos-
sident sanctuarium Dei. Inru-
per heredes, Dei et nostra li-
centia in suos usus, sua Au-
deant repetere, dum vident,
alienum invasorem in suis pa-
trimoniis debachare.

1013

In nomine sancte et indivi-
sue Trinitatis. Henricus
divina favente clementia
Rea, omnium fidelium nostro-
rum

rum presentium et futurorum
industria noverit, qualiter fide,
lis noster Bernwardus Hil,
denfensis Ecclesie venerabi,
lis Praesul, celsitudinem no,
stram adiit, miserabilem con,
quatus quærimoniam, cò quod
peccatis id merentibus in loco
superius memorato ab an,
tecessoribus suis collecta, suo
quoque ingenio maxime et de,
center elaborata cunctorum
ibidem voluminum scripta
voraa ignis absorbit, in
cinerem namque cuncta rede,
git, unde prefatus ille Pon,
tifea regalem nostram exoravit

10
clementiam, at monasterium
prædictum super ripam flu-
vii Indistra constructum,
sub tuitionem nostram et
mandiburdium recipere,
ipsam Parrochiam Arnul-
fi Regis et Hothowici, ce-
terorumque antecessorum
nostrorum confirmatione
seu defensione in Bago sive
provincia Ostfalo huius li-
minibus vel terminis assi-
gnatam, de loco, qui dicitur
Wetan-spæckye in Scantere,
inde Ouehare, sic Lotanbiki,
Widarindes-Speckiam ultra
Indistram, Lulanbrunnati

ultra Kaminadam, Wicbardeedene,
 Wicberteshunfiam in Aterne,
 inde in fontem qui dividit Hittigau,
 (1) et Flenithi in Audan, in De,
 umberg, (2) ubi Praema * Fle,
 nithi dividuntur, sic per Ka,
 minathanberg, in Aterne, inde Geime
 in rivum, qui currit inter Achin,
 gahusim et Ardistes hufim (3) in
 Satteri, sic per Bunikanroth, per
 montem Vngleri, (4) inde Bur,
 gripi, et per summitatem Sigat
 ad Cobbanberg, inde Eckerumbiki,
 Fidemmi, ut fons defluit, et via
 quaedam dividit, usque Eleragis,
 prig, ille fluvius in facine, et ille
 usque in lacum Sigiflege, in Ka,
 man,

(1) Lege:
 Rittigau.

(2) Rikelsberg

* Graenigau
 et

(3) Edingehusen
 & Erdeshusen

(4)

11

nanburg, Mesenstene inde usque
Teweringaweg, Willantsole, in Wi,
finabroc, (5) et in lacum, in oi,
cidentem Wester-Kiellu, (6) Melere,
inde per Tellukies-salas, Meg,
grikesweg, inde Esuthebruman,
sic Elmenan, Arbiki et Berisin,
nebroc, Malere et Helle et Druch,
therbiki, et per viam orientalem
in Weibani, in Dasanbec, in Eores=
sol, et sic Metan Spackian.
Quam petitionem, quia justam
esse agnovimus, neutiquam dese,
gavimus, sed magis assensum pro,
buimus, maxime quia per,
petuo felicitatis nostra et
Regio prosperitatis non par,
Dum incrementum fore
cre,

credimus, si Ecclesias Dei, et
ecclesiasticas personas promo-
vere, tueri et consolari non desiti-
mus. Tum quod nos, nostrosque
que parentes in gremio ejusdem
Ecclesie oriundos, et huc usque
Filio Dei operante, sublimatos
esse fatemur, unde non solum
Episcopum predictum, et Ec-
clesiam sibi commissam, sub
nostram defensionem et immu-
nitatem et tuitionem recipi-
mus, verum etiam ab anteces-
soribus nostris, ceterisque
fidelibus omnia eidem Eccl-
esie tradita, quovis locorum
agnita, sive detenta fuerint,

in pradiis, in mancipiis, sil-
vis, aut venationibus, aquis
aquarumve decursibus, Abba-
tis sive Comitibus, vineis,
seu quibuslibet appendiciis,
rite ad hanc pertinentibus, qua-
sitis et acquirendis omnibus
ejusdem loci Episcopo subesse,
et per omnia obedire volu-
mus et jubemus. Quum vero
in expeditionem aut in Pala-
tium, vel in aliud servitium
nostrum iter arripuerit,
quorumlibet hominum suo-
rum, cujuscunque videantur
personis, potestatem habeat,
nec in aliam protectionem quis

eos cogere presumat, nullusque
Ejusdem publicus, seu judiciaria
qualiscunque persona, in hoc
sibi contradicere, vel se mo-
lestare audeat. Prædicta
quippe concedimus Ecclesiis,
ut ejusdem Sedis Clerici
canonicè et ecclesiasticè
eligendi Episcopum dignè
et convenienter inter se, si-
ve aliunde, a quo consensu
Regis, liberam habeant ac
propriam voluntatem.
Sed et si qua eo loci ab An-
tecessoribus nostris fi-
delibus sunt attributa,
sive

rive à modo fuerint conqui-
 renda, pro animo nostro
 remedio, Regni quoque to-
 tius nobis divinitus col-
 lati stabilitate, et pro
 conjugis prolesque regalis
 incolamitate, omni difficul-
 tate se posita, quo pau-
 perpetua consistant, nec qui-
 libet in futurum irritare
 prevaleat, practionem ei-
 ce prascriptam sigilli no-
 stri inpressione signavi-
 mus, manusque propria
 subscriptione confirma-
 mus. Datum Indict. XI.
 an,

Anno Domini incarnatione
M. XIII. Anno vero Domini
Henrici secundi regnantis
XI. Actum Werta feliciter,

Amen.
In diebus istis et alia regni eius, non
est nisi et spilius deum dignitas
in nobis ducibus, supra de
quod Diploma, verumque
et unum est unum et allen
nisi hie und yswellfäsig
yfernung, in suis Pflichten.

1013

In nomine sancte et individuae
Trinitatis: Henricus divina
favente clementia Rex. Si
Sacerdotum et Clericorum
Dei petitiones pro suis
ne

necessitatibus, quo nobis in-
 notuerunt, ad effectum per-
 ducimus, non solum Regiam
 consuetudinem exercemus,
 veram etiam ad eterna
 beatitudinis premia ca-
 percenda, talia nobis fa-
 cta profutura liquido con-
 fidimus. Quapropter omni-
 um fidelium nostrorum,
 presentium videlicet et fu-
 turorum, cognoscat indu-
 stria, qualiter vir vene-
 rabilis Bernwardus Epi-
 scopus, ex oppido qui vo-
 catur Hildesfen, qui est
 in pago Anfalda, in honorem

sancta Maria super flu-
vium Industria, veniens
ad nos, deprecatus est Celsi-
tudinem nostram, ut prefa-
tam Ecclesiam, cum fratribus
ibidem Domino famulantibus,
perpetuo mercedis incremento,
sub nostra defensione et im-
munitatis tuitione reciperemus.
Cujus petitionem, quia justam
fore cognoscimus, assensum
prebere non negavimus, et si-
cut petivit, per hoc nostra
authoritatis preceptum
confirmare studuimus.
Precipientes ergo iubemus,
ut nullus Iudex publicus,
neque

15
neque quislibet ea iudiciaria po-
testate, seu aliquis ex fide-
bus Sancta Dei Ecclesia ac
nostris in Ecclesiis loca vel a-
gros seu quascunque profes-
siones, quas moderno tempo-
re iuste et rationabiliter pos-
sidere videtur, in quibus pa-
gis vel territorijs, vel quid-
quid deinceps propter Divi-
num etiam amorem ibidem
collatum fuerit, ad causas
audiendas vel speda exigenda,
seu mansiones faciendas, aut
fideiussores tollendas, aut ho-
mines ipsius Ecclesie, tam in-
genuos quam seruos, injuste
di-

Distringendos, redhibitiones
aut illicitas occasiones requi-
rendas, ullo unquam tempore
ingredi audeat, vel ea, quae
superius memorata sunt,
exactare praesumat, sed li-
ceat illi suisque ibi subjectis
Domino servientibus Clericis,
sub nostra defensione et
immanitatis tuitione, quieto
tramite ibidem reside re,
et pro nobis et conjuge
proleque nostra, seu pro
stabilitate totius imperii
nostri, à Domino nobis
concessi et ejus clementissima
moderatione perpetuo con-

servanda jugiter Domini
misericordiam exorare,
et possessionibus jam ad
eam collatis, vel deinceps
tradendis, nec non decimis,
quo à primis temporibus
noscentur, reddendis, asseren-
dis, inquirendis et exigendis,
Sitorum quoque Colonorum
et ingenuorum plenissimam
habere potestatem, nec sub
obtentu novarum Ecclesia-
rum aut Monasteriorum
aliquid de decimis totius
Parochia, de jure princi-
palis Ecclesia ac potestate
Episcopi auferantur. Proinde

quoties in expeditione, seu ad
Palatium, vel in aliud quodlibet
nostrum servitium ire debeat;
quorumlibet hominum suorum
ad hoc iter potestatem habeat,
nec eo tempore quisquam aliis
quos ejus homines distringere,
et ad aliam projectionem cogere
presumat, etiam predicta
Ecclesia concedimus, ut habeat,
aut ejusdem Sedis Clerici, Ca-
nonici atque Ecclesiastici, seu
intra se sive aliunde, dignè
ad hoc et convenienter eli-
gendi Episcopum liberam ac pro-
priam voluntatem, a quo con-
sensu

07

Senſu Regis. Et ut hac noſtra
Authoritas firmior habea-
tur, et per futura tempora
diligentius obſervetur, manu
propria noſtra ſuper eam
confirmavimus, ſigillique no-
ſtri impreſſione inſigniri
precepimus. Datum ſepta
Nonas Martii Indictione XIII.
Anno Domini M. XIII. Anno
vero Domini Henrici regnan-
tis undecimo. Actum Werthe
felicitur.

Signum D. Henrici Rom(L.S.)
Regis invictiſſimi.

Gantherus ſanellarius
vice Erimbaldi Archi-
Capellani cognovit.

In nomine sancte et individue
 Trinitatis, Henricus divina
 favente clementia Romanorum
 Imperator Augustus. Si Ecclē-
 sias Dei nostris donis ditave-
 rimus, id nobis ad presentis
 vite salutem, et ad percipi-
 endam eterno beatitudinis
 gratiam prodesse firmiter
 credimus; Ea namq[ue] spe divina
 clementia adducti, quosq[ue] Chri-
 sti nostrosq[ue] volumus scire,
 fideles, qualiter nos ob nostram
 felicisq[ue] memoria patris nostri
 Conradi Imperatoris per-
 petuam beatitudinem et com-

118
memorationem, nec non ob
nostri fidelis et dilectissime,
lini Hildenesheymensis Epi,
scopi devotum famulatum
et petitionem, tale prœdium
quale ad Poppenborch ha-
buimus, sc. à Suae Bernhar-
do nobis datum, in Comitatu
Brunonis Comitatus et in pago
Valen situm, ad altare san-
cta Mariae Penitricis Dei
perpetuaq; virginis, in mo-
nasterio Hildenesheymensi,
cum omnibus pertinentiis
tradidimus, hoc est, arcis, edi-
ficiis, utriusq; sexus mancipiis,

agris, pratis, campis, pa-
rouis, silvis, venationibus,
aquis, aquarumve decursibus,
molendinis, molis, piscationi-
bus, terris cultis et incultis,
viis et inviis, cartibus et re-
ditibus, quavis et inquirendis,
et cum omni utilitate, qua
ullo modo inde poterit pro-
venire. Ea vero ratione, ut
patris nostri Imperatoris
Conradi; ob cujus memoriale,
sicut praediximus, hoc fecimus,
quotannis communi ejusdem
Monasterii fratrum ora-
tione celebretur dies anni,
ver.

19
versarius. Et ut haec nostra
traditio stabilis et in con-
vulsa permaneat omni
suo, hoc praecipuum inde
conscripsum manu propria
corroborantes, sigilli nostri
impressione iussimus in-
scribi.

Signum Domini (L. S. Henr: 13^{tu}
Regis invictissimi.

Gantherus cancellarius vice Bar-
donis Archicancellarii recognovi,
Data 11. Non. Junii Anno Dni in
carnationis Mill. XLVIII. Indict: 11.
Ao à Dni Henrici III. Reg. Imperator.
11. Indinationis ejus XXI. Regni qui-
dem XI. Imperii autem III. In
nomine Dni. Actum Hildenesheim
felicitè Amen.

In nomine sancte et individuae
Trinitatis. Henricus divina
favente clementia Romano,
rum Imperator Augustus.

Si Ecclesias divinis laudibus
aptas, nostris donis ditave-
rimus, id nobis ad presen-
tis vite salutem, et ad per-
cipiendam aeterna beatitudi-
nis gratiam prodesse, firmi-
ter credimus. Tali namque
spe divina adducti clemen-
tia quoque Christi nostrique
fideles volumus scire, qua-
liter nos, Hildensheym ve-
nientes, ibidemque patris nostri

20

felicitis memoria, Conradi Im,
peratoris anniversarium
die debitis exequiarum of-
ficiis celebrantes, atq; dignis
petitionibus nostri fidelis
et dilecti Helini Hildenes,
heymensis Ecclesie Episcopi
obsequentes, eodem sc. die ob
nostram beatitudinem pra-
ternatq; animo perpetuam
commemorationem, tale pro-
dium, # Brunonis Comitis
solum, ad altare s. Mariae,
genitricis Dei, perpetuoq;
virginis, in prefati loci
monasterio, cum omnibus
quale ad Pappenburg habuimus, in pago Valen,
et in Comitatu

pertinentiis suis in proprium
tradidimus, h. e. arcibus, edificis,
civibus, utriusque sexus mancipiis,
piscis, agris pratis, campis,
pascuis, silvis, venationibus,
aquis aquarumque decursoibus,
molendinis, molis, piscationibus,
terris cultis et incultis,
castris, civitatibus et redditibus,
viciis et in vicis quaesitis et in
quirendis, et cum omni utili-
tate, quo ^{inde} alio modo ^{pro}terit
provenire; Ea vero condi-
tione, ut patris nostri
Imperatoris Conradus, ob
cujus refrigerium animo hoc
se.

21
fecimus memoriale, eodem
modo, sicuti Antecessoris
sui felicitis Imperatoris
Heinrici ibi jugiter maneat
memorialis praebenda, unde
pro ipsius spiritus eleemo-
syna semper reficiatur pau-
perum Christi indigentia,
et ut illius obitus dies anni-
versarius quotannis et con-
stitutionis elemosynis, et
ejusdem Ceri communibus
vigiliarum et missarum
celebretur orationibus.
Ut a hac nostra traditio,
et paterna memoria stabilis
et

et inconvulsa perhemiter ma-
neat conditio, hoc praeceptum
inde conscriptum manu pro-
pria corroborantes, sigillino-
stri impressione iurimus
insigniri.

Signum Domini (L.S.) Hein: 3^{ta}
Regis invictis - fimi
Secundi Rom: Imp: Augusti.

Partherus cancellarius vice Bar-
donis Archicancellariū recognovi.

Data 11. Non: Junii. Anno incarnat:

Inico M. XLIX. Indict. 11. Anno a-
Domini Heinrichi Tertii Regis Im-
peratoris Jodi, ordinationis ejus
XXI. Regni quidem XI. Imperii a III.

Actum vero eodem anniversario
die, pie memoria, Conradi patris
nostri Imperatoris, Hildenesheym,
in nomine Domini feliciter Amen.

In nomine sancte et indivi-
duo Trinitatis. Henricus
divina favente clementia,
Romanorum Imperator
Augustus. Noverint omnes
Episcopi nostrigz fideles,
tam futuri quam presentes,
Qualiter nos ob remedium
anime nostre, nostrigz
thori ac regni Consortis
Sc. Agnetis Imperatricis
Auguste, simulqz paren-
tum nostrorum, Hildes-
hemensi Ecclesia, memores
servicii Dni Acelini, ejus-
dem Ecclesia Episcopi, quod

dam nostra potestatis
pradium, Steginhusin di-
clum, quod in nostram
proprietaem per manum
Dietrici Comitis à Vullen,
si Ecclesia recto et lau-
dato concambio, cum duo-
bus sc. locis, Rodinheim
et Calzoha dictis, facto
cessit, in Comitatu videlicet
Brunonis Comitis et in pago
Hotinga situm, cum omni-
bus pertinentiis in pro-
prium tradidimus, Arcis,
edificiis, agris, pratis, campis,
pa.

23
pascuis, terris, cultis et in,
cultis, sylvis, venationibus,
aquis, aquarumq; ducibus,
molendinis, molis, piscatio-
nibus, exitibus et redditibus,
vis et inuis, quovis et in,
quirendis, et cum omni
jure et utilitate, quo ullo
modo inde poterit pro-
venire, ea videl: ratione
ut predictus Episcopus
ejusq; successores de eodem
predio omnimodo liberam
habeant potestatem pos-
sidenti, commutandi, pro-
cariandi, vel quicquid illis

placuerit, ad utilitatem pro-
dictae Ecclesiae inde faciendi.
Et ut hoc nostra auctori-
tatis traditio, stabilis et
inconvulsa omni aeo per-
maneat, hoc proceptum
inde conscriptum manu pro-
pria corroborantes, si-
gilli nostri impressione jus-
simus insigniri.

Signum Dni Henrici tertii
Regis invictissimi,
Secundi Roman: Imp:
Augusti.

Juntherus Cancellarius vice
Luitpoldi Archiepiscopi
et Archicancellarii recognovi.
Data

Data sexto Nonas Martii Ao
 Dominico Incarnationis Mil,
 lesimo quinquagesimo secundo
 Indict: quinta, Anno autem Dni.
 Henrici tertii Regis Imp:
 Ordinatione ejus vicefimo quarto,
 Imperii autem sexto, in nomine
 Domini Amen. Actum Tri-
 stamania feliciter Amen.

In nomine sancto et individua
 Trinitatis. Henricus
 divina favente clementia
 Romanorum Imperator Au-
 gustus. Quotiens san-
 ctis et nostra peregrini-
 nationis loca religiosis
 tantum cineribus et misero-
 ricordia sua adhuc incolen-
 tibus ex substantia hac tran-
 sitoria aut honore defectivo
 vovisse aliquid augmentamus,
 pro terrenis caelestia,
 pro caducis mansura, pro
 temporalibus aeterna centu-
 pli.

feliciter iuxta Evangelium
 promissum nos recepisse,
 nos esse speramus. Quia
 propter omnium Christi
 nostrorumque fidelium, tam futu-
 rorum quam presentium,
 solis industria noverit,
 Qualiter nos ob honorem
 Dei genitricis et perpe-
 tuo virginis Mariae et
 interventum dilectae Con-
 tectalis (=) nostrae Agne-
 sis Imperatricis Augu-
 ste, tum ob fidele ser-
 vitium diligentemq; admo-
 nitionem Melini Hilden.

Ep̄i, in loco Hugenhusen dicto, per-
tinentē ad Ep̄iscopatum Hilden.
sub honorificentia matris Dni.
nostri Iesu Christi sublima,
tum et erectum, publicatum
mercatum feri, jureq; per-
petuo haberi concessimus,
situm in Comitatu Brunonis
Comitis, et in pago Rotwico,
cum Sheloneo et moneta,
cum districtu et Banno, cum
nauta et navigio, et omnibus
utilitatibus et justitiis, quo
ad forum legitimum viden-
tur pertinere, imperiali
auctoritate concessum. Ea
videl: ratione, ut pronomi,

26
natus Epus cuius Succes-
sores de prefato merita-
to semper liberam habeant
potestatem, et omnes illuc
causa veniendi et emendi
venientes, ibique manentes
et redeuntes, sub pace no-
stra inviolabiliter cari-
stant, remota omni vio-
lentorum temeraria man-
sione, perenniter statuimus.
Et ut hac nostra conces-
sionis Imperialis aucto-
ritas stabilis et incon-
vulsa omni aeo permaneat,

hanc chartam inde conseri-
ptam manu propria, ut
infra videtur, corroboran-
tes, sigilli nostri impres-
sione iurimus insigniri.

Signum Dni Henrici Ter-
tii Regis, Secundi Roma-
norum Imperatoris.

Pantherius Cancellarius vice
Luitpoldi Archicancellarii re-
cognovit; Data Idus Octo-
bris. Anno Dni nativi-
tatis Millesimo, quinquage-
simo tertio, Indictione sexta.
Anno autem Dni Henrici
tertii Regis, Imperatoris
se,

217
secundi, ordinationis eius
vicesimo septimo, Regni
vero quinto decimo, Im-
perii octavo. Actum Fos-
saria in Dei nomine fe-
liciter Amen.

1053.

J. H. S. et Individua Trinitas
Heinricus divina favente
clementia Romanorum Im-
perator J. Augustus, Si

in sanctas Dei Ecclesias
aliquid de nostra Impe-
riali largitione contulle-
rimus, id nobis, et in pra-
senti et futuro seculo mul-
tum prodesse, nequaquam
indubitamus. Quia propter
omnium Christi, nostrorumque
fidelium solertem industri-
am scire volumus tam pra-
sentium, quam futurorum,
qualiter nos ob interventum
nostri Toriaci Regni
charissimo Consortis, sci-
licet Agnetis Imperatricis

28
Augusta, ac petitionem
et devotum servitium He-
lmi venerabilis Hilde-
mensis Ecclesia Episcopi,
et pro anima nostra
felicitate, antecessorum,
que nostrorum requie,
ad Altare S. Mariae per-
petua virginis in Hil-
desheimen situm, totum
illud predium, quicquid
in Comitatu Christophori
Comitis habuit, Judicio Soa-
binorum nostra potesta-
ti addictum, in villis Ger-

mandatum, Hivede, Dun,
gerbicht, in pago Ostuala
ritum, cum omnibus suis
pertinentiis h. e. arcis, domi,
ficiis, mancipiis utriusque
sexus, terris cultis et
incultis, et agris, pratis,
pascuis, campis, sylvis,
venationibus, aquis, aqua-
rumque decursibus, mo-
lis, molendinis, piscatio-
nibus, exitibus et rediti-
bus, viis et inviis, qua-
sitis et inquirendis, et
cum omni jure et utilitate
quo

29
quo ullo modo inde pote-
rit provenire, in pro-
prium dedimus, condona-
vimus. Et ut hac nostra
Imperialis traditio sta-
bilis et inconvulsa omni
permaneat aeo, hoc pre-
ceptum inde descriptum
manu propria corro-
borantes, Sigilli nostri
impressione iurimus in-
signiri.

Signum Dni Henr: 3ⁱⁱ (L. S.) Re-
gis invictis. Secundi
Romanorum Imp: Aug:.
Wintherus Cancellarius vice

Luitboldi Archi-Cancellarii
recognovi. Data III. Nonas
Novembris. Anno Domini
Incarnationis M. LIII. In,
die VII. Actum Wormatia
in Dei nomine feliciter Amen.
Anno a Dni Henrici tertii
Regis, Imperatoris se-
cundi, ordinationis ejus
vicesimo quinto, Regni de-
cimo quinto, Imperii VII.

In nomine sancte et indivi-
sue Trinitatis. Henricus
divina favente clementia
Rom. Imperator Augustus.
Si sanctas Dei Ecclesias
aliquid de nostra Imperiali
largitione ditare studuerimus,
id nobis et in presenti
et in futuro seculo non
parum prodesse nequaquam
dubitamus. Quo circa o-
mnium Christi nostrorumque
Fidelium, tam futurorum
quam presentium, soler-
tem industriam scire volumus,

qualiter nos ob interventum
nostri thori ac regni ca-
risima Consortis, scilicet Agnetis,
Imperatricis Auguste, ac
petitionem devotum servi-
tium Melini Venerabilis
Hildeshemensis Ecclesie Epi-
scopi, et pro animo no-
stro felicitate, antecesso-
rum nostrorum requie,
ad altare sancte Mariae
perpetuae Virginis, in Hil-
desheim situm, tale pradium,
quale exlex. Siemo in Villis
Dutlinge, Osteruui, Wytungen,
Danzuni dictis, in pago Lera
Oct

31
Et in Comitatu Adelhardi Co-
mitis situm, judicio Scabi-
niorum nostra potesta-
ti addictum, cum omnibus
suis pertinentiis, h. c. arboribus,
edificiis, mancipiis utriusq;
sexus, terris cultis et in-
cultis, agris, pratis, pa-
scuis, campis, sylvis, ve-
nationibus, aquis aqua-
rumq; decursibus, molis,
molendinis, piscationibus,
cauitibus et redditibus, viis
et inviis, quaritis et in-
quirendis, et cum omni

jure et utilitate, qua ullo
modo inde poterit prove-
nire, in proprium dedimus,
tradidimus, condonavimus,
eo videl: tenore, ut Epps.
de predicto loco Hildes-
hemer de antedicto pro-
prio libere deinceps pu-
ter statem habeat tenen-
di, commutandi, precor-
riandi, seu, quicquid sibi,
met placuit, in usum
Ecclesie inde faciendi. Et
ut hac nostra imperia-
lis traditio stabilis et

inconvulsa omni succe,
 dente aeo permaneat,
 hoc praeceptum inde
 conscriptum manu
 propria corrobora,
 rantes, sigilli nostri
 impressione iustificimus
 insigniri.

Signum Henrici tertii
 Regis invictissimi,
 Secundi Romani,
 norum Impera,
 toris Augusti.

Wintherius cancell. vice
 Luitpoldi Archicancellarij
 recognovi. Da,

Data tertio Non: Novem-
bris, Anno Dnico incar-
nationis Mill: LIII. Ind:
VI. Ao à Dni Henrici
tertii Regis Imperato-
ris secundi Ordinationis
ejus xxv. Regni xv. Im-
perij. VII. Actum Mor-
matio in Dei nomine
feliciter, Amen.

1057.

In nomine sancto et in-
dividuo Trinitatis. Henrici
Di

divina favente clementia
Iea. Si loca divinis
cultibus mancipata ex
nostra regali auctori-
tate ditare et sublimare
studuerimus, ad pro-
speritatem vite no-
stra regniq; nostri
stabilitatem esse, mi-
nime dubitamus. Qua,
propter omnibus Chri-
sti nostriq; fidelibus,
tam futuris quam pra-
esentibus, notum esse
volumus, qualiter nos

pro remedio patris nostri
Henrici secundi, Romano,
rum Imperatoris Augu-
sti, et ob interventum
dilectae matris nostrae
Agnetae, Imperatricis
Augustae, nec non pro
dilectione et fideliter
vicio ^{zilonis} Heligonis, Hilde-
heimensis Ecclesiae vene-
randi Episcopi, ad alta-
re sanctae Dei genetri-
cis Mariae, in loco pra-
dicto consecratum, Comi-
tatum, quem Bruno ejusq[ue]

filius, sc. patruus noster
Luitolfus, nec non et
ejus filius Ekobrecht, Co-
mites, ex imperiali
donatione in beneficium
habuerunt, in pagis
Northuringen, Darling,
Valeno, Rathga, Frithe, Mul-
bede, et in publicis
Coclesiarum Parochiis
Scheningen, Wethnemsfete,
Schipsinfete, Ruggenheim,
et Lowensheim, Auckheim,
Tenenedorff, Ringilino, Ba,

ginbus valle, Honengesbuthe,
Huinhusen situm, ea no-
stra Regali auctoritate,
cum omni utilitate, quo
ullo modo inde potest pro-
venire, in proprium dedi-
mus atq; tradidimus, Ea videl.
ratione, ut prænominatus
Episcopus Hertzilo, suiq;
successores, eundem Comi-
tatum, contradictione
omnium remota, pote-
stative firmag; perpe-
tua stabilitate retineant.
Et ut hæc nostra regalis
au.

auctoritas atq; traditio
 stabilis et inconuulsa
 omni permaneat aeo,
 hanc chartam inde con-
 scribi, manuq; propria,
 ut subter videtur, cor-
 roborantes, sigilli no-
 stri impressione iusfi-
 mus insigniri.

Signum Dni Henrici
 quarti Regis.

Wintherius cancellarius
 vice Wiltboldi Archican-
 cellarij et Archiepi-
 scopi recognovi.

Data quinto Idus Julii.

Anno Dniica Incarnationis
millesimo quinquagesimo
septimo, Indictione decima
No. a. Dni Henrici quar-
ti Regis Ordinationis tertio,
Regni primo, Actum Mer-
sebure, in Dei nomine
feliciter, Amen.

1064.

In nomine sancte et in-
dividue Trinitatis. Hen-
ricus divina favente cle-

mentia Rex, omnibus
Christi nostrisq; fidelibus,
tam futuris quam pre-
sentibus, notum esse vo-
lumus, qualiter rogatu
et admonitione dilectis-
simo genitricis nostre
Agnetis Auguste, nec
non interventu et de-
voto instinctu dilecto-
rum et familiarium
nostrorum Archiepi-
scoporum, Coloniensis
videl. Ammonis, et Hemen-
burge Adelberti, fidei

quaq; servitio Helifonis
Hildesheimensis Episcopi,
ad promerenda beatissi-
mae genetricis Dei et per-
petuae virginis Mariae
beata suffragia excitati,
Monasterium in Orien-
tali plaga Goslaris
villae situm, in monte sc.
Sancti Petri, qui antea
dictus est Kalkberg,
ab Antecessore nostro
et genitore pio in Christo
memoriae Henrico Im-
pe.

peratore Augusto ad
laudem et honorem ejus,
dem Principis Aposto-
lorum primitus erectum,
laboribus verò et impen-
sis predicta genitricis
Marie Hildesheim et
prefato Episcopo suisq;
successoribus, cum præ-
dio, quod habuimus, Rein-
dertingero et Sutburg,
cum omnibus appendi-
tiis, h. e. utriusq; sexus
mancipis, arvis, edificiis,

terris cultis et incultis, agris,
pratibus, pascuis, molis, mo-
lenis, aquis aquarum de-
cursibus, piscationibus, vi-
is, inuis, exitibus, redditibus,
quaritis et inquirendis,
cum omni utilitate, qua
vel nunc in eo est, vel omni-
modo fieri potest, pro
remedio parentum nostrorum,
regniq. nostri et vi-
to prosperitate, in pro-
prium, exceptis quatuor Feo-
restariorum mansis, in
reliquum habendum et regendum,

et perpetuallyter possiden-
 dum, et insuper libras
 quatuor singulis annis
 de foro Goslarienti re-
 gali nostra auctoritate
 tradidimus et condona-
 vimus; Ea videl: ratione,
 ut fidelis noster Hetti-
 lo Sildesheimensis Episco-
 pus, cuius successores,
 quorum potestati ipsam
 altare sancti Petri et lo-
 cum praedictum cum omni-
 bus ad idem altare perti-
 nentibus perpetuo possi-

sendam regendamq; tradi,
dimisimus, liberam de hinc
potestatem habeant te-
nendi, commutandi, pos-
sidenti, precariandi, vel quic-
quid sibi placuerit, ad usum
fratrum ibidem servientium
Deo faciendi. Et ut haec
nostre traditionis aucto-
ritas omni tempore et aeo
stabilis et inconvulsa per-
maneant, hanc paginam inde
conscripserunt manu pro-
pria corroborantes, sigilli no-

stri

39
Ari impressione iursumus
in signiri.

Signum Domini Henrici
quarti Regis invictissimi.
Richardus Cancellarius vi,
et Sigifridi Archicancel-
larii recognovi.

Data quarto Decimo Kl. Aug.
Anno Dni Incarnationis
millesimo Cexagesimo quarto,
Indictione secunda. Anno à
ordinationis Dni Henrici
quarti Regis nono, regni vero
octavo, Actum Goslaris,
in Dei nomine feliciter, &
men.

Henrici IV. Imp. Concessio
Juris venandi Hethiloni Ep̄o.

1065.

In nomine sancte et In-
dividuae Trinitatis. Henri-
cus divina favente Clemen-
tia rex, omnibus Christi-
anorumque fidelibus, tam futu-
ris, quam presentibus, no-
tum esse volumus, qualiter
nos ad Altare sanctae Ma-
riae, in loco Hilderheim
constructum, ob petitionem
fidelis nostri Hethilonis, loci
Episcopi, Damnam super

quoddam Forestum, his
 terminis circumseptum,
 videl. à flumine Lamma
 usq; dum influit Endistram,
 et ab Endistra usq; dum
andis Reyna commiscetur,
 et sic ea utraq; parte
 ejusdem fluminis Reyna
 usq; ad pontem Leyde,
 et à ponte usq; ad vil-
 lam Midi dictam, col-
 laudantibus Duce Ottone,
Erberto Comite, Item

Gleis auf der Gränze
 nach Garmisch

Ille by Garmisch

Potescalco Comite, ceterisq,
qui infra predictos termi-
nos pradium possident,
in proprium dedimus atq;
tradidimus, ea videl. ratione,
ut nullus deinceps absq;
ejusdem Episcopi Hefilo-
nis suorumq; Successorum
licentia in predictis ter-
minis potestatem habe-
at venandi. Et ut haec no-
stra Regalis traditio sta-
bilis et inconuulsa omni

per,

41
permaneat awo, hanc char,
tam conscribi, manuq, pro,
pria corroborantes, Sigil,
li nostri impressione jus,
simus insigniri.

Signum Dni Henrici IV. Regis.

Sigehardus Cancellarius vice
Sigifridi Archicancellarii
recognovi.

Data Anno Dnica incarnationis,
nis Millesimo sexagesimo quinto,
Indict. III. Anno a Ordinationis
Dni Henrici quarti Regis Deco,
decimo, Regni a. Nono.
Actum Treveri, in Dei nomine
feliciter, Amen.

1068.
Henrici IV. Donatio Comi-
tatus Friderici et ejus filii
Conradi.

In nomine sancte et Individuae
Trinitatis; Henricus divina
favente clementia Rex. Sic lo-
ca divinis cultibus manci-
pata, ea nostra Regali au-
toritate ditare et sublimare
studuerimus, id ad prospera-
ritatem vite nostra regniq[ue]
stabilitatem esse profutu-
rum, minime dubitamus.

Quapropter omnibus Christi
nostrisq[ue] fidelibus, tam futuris

quam presentibus, notum
 esse volumus, qualiter nos
 ob nostram felicisq; memoria
 patris nostri Henrici Im-
 peratoris perpetuam beati-
 tudinem, et interventum dile-
 ctae conthoralis nostrae Ber-
 the, nec non ob fidele ser-
 vitium Hililonis Hildeshe-
 mensis Epi, Comitatum, quem
 Fridericus ejuq; filius
 Conradus, Comes, ex re-
 gali potestate in benefi-

ciam habuerunt, in illis pagis
Wetungen, Arnige, Guttingen,
et in his publicis Ecclesiarum
Parochialibus Fliega, Redun,
Fredenon, Walenhusen si-
tum, ad altare dilectissima
Dei genitricis perpetua vir-
ginis Mariae, in Hildes-
heim consecratum, ex nostra
regali potestate cum omni
iure et utilitate, quo ulli
modo inde provenire pote-
rit, dedimus atq; in propri-
um tradidimus perpetuo iure
pos

possidendum tradidimus,
ca videl. ratione, ut Hecilo
prænominatus Episcopus
suiq; Successores, eundem Co-
mitatum, contradictione
omnium remota, libera dein
ceps potestate habeant, pos-
sideant, in perpetuum quiete
fruantur. Et ut hac nostra
donationis tempora, hanc
cartam inde conscriptam
manu propria, ut infra
videtur, corroborantes, Sigil-
li nostri impressione jus-
simus insigniri.

Signum.

10
Signum Dni Henrici quarti Regis
invictissimi

Dibo Cancellarius vici Sigifridi Str.,
hicancellariū recognovi

Data Nonas Augusti, Anno Domini
Incarnationis Millesimo sexagesimo
octavo, Indict: sexta. Anno à
ordinationis Dni Henrici quarti
Regis Regni quinto. Actum Posla,
ria in Dei nomine feliciter
Amen.

Confirmatio precedentis Do-
nationis et omnium bonorum.

In nomine Sancto et Indi-
viduo Trinitatis. Henricus
divina favente Clementia Rex.
Si loca Deo sanctisque ejus
mancipia ex nostra regali
auctoritate augere et subli-
mare, ad vite nostre pro-
speritatem, regniq; nostri
stabilitatem esse, minime
dubitamus. Quapropter
omnibus Christi fidelibus,
tam futuris quam presentibus;

notum esse volumus; nos tamen
in quantum profumus, gratia
cinio tueri studuerimus, qua
liter nos pro remedio patris
nostri Henrici secundi, Ro-
manorum Imperatoris Au-
gusti, et ob interventum dilectae
nostrae conthoralis Berthwe,
nec non pro dilectione ac fideli
servitio Steffilonis Hildesheimen-
sis Episcopi, Comitatus, quos
Friderich ejusq; filius Cunradus
Comites, juxta fluvios Leina
et Allera ex Imperiali dona-
tione in beneficium habuerant,
in

in pagis Waldung, Lering, Gat,
ting, quemadmodum illi prano,
minati Comites, sc. Friderich
et Conradus, habuerunt, eodem
jure eidem Ecclesia, quo est in
honore intemerato Dei genitri,
cis perpetuoq; virginis Maria
consecrata, ex nostra regali
auctoritate, cum omni utilitate,
quo allo modo inde potest pro-
venire, perpetuo possiden-
dam, omnium praecedentium
vel succedentium contradic-
tione remota, in proprium tra-
didimus atq; donavimus.

Confirmamus igitur munificentia
regia eidem Ecclesie libertatem
per omnia retinendam, et bona
omnia, quae à praedecessoribus
nostris, Romanorum siquidem
Imperatoribus, vel Francorum
Regibus, usq; ad tempora nostra,
praenominata Ecclesie concessa
sunt, et nos ei habendum, omni
tempore atq; jure perpetuo
possidendum, per nostri pro-
cepti paginam concedimus,
omni nostra ac nostrorum
Successorum, cunctorumq;
mortalium, minorum vel

majorum, inquietatione re,
mota, Monasteria, Baro,
chias, Ecclesias, Decimas, ter,
ras cultas et incultas, Comi,
tatus, Mercatus, Monetas,
Thelonea, Foresta, cum omni
utilitate, quo describi vel
quoquo modo inde provenire
poterit. Insuper etiam
bona, quo ex Christi fidei,
bus prefata Ecclesia lar,
gita sunt, vel largiuntur,
auctoritate regia confir,
mamus. Et ut hac nostra
regalis traditio stabilis

et inconvulsa omni aeo
permaneat, hanc chartam
inde conscriptam manu pro-
pria, ut infra videtur, cor-
roborantes, Sigilli nostri im-
pressionem, iussimus insigniri.

Signum Dni Henrici IV. Regis.
Lubo Cancellarius vice Sigifridi
Archicancellarii recognovi.

Data decimo octavo Kl. Septbris
Anno Dominice Incarnationis
Millesimo sexagesimo nono,
Indictione septima. Anno a. Or-
dinationis Dni Henrici quarti
Regis quinto decimo, Regni vero
tertio decimo. Actum Tri-
buris in Dei nomine feliciter, Amen.

In nomine sancte et in
divina Trinitatis. Henricus
divina favente Clementia
Rex. Si loca divinis
cultibus mancipata, ea no-
stra regali auctoritate vitare
et sublimare studuerimus,
ad prosperitatem vite no-
stro regni nostri stabili-
tatem esse, minime dubita-
mus. Quapropter omni-
bus Christi nostris, fide-
bus, tam futuris quam
presentibus, notum esse
volumus, qualiter pro re-
medio Patris nostri Hen-

rici secundi Rom. Imperatoris
Augusti, et ob interventum dile-
ctissime conthoralis Berechte,
nec non pro dilectione ac fidei
servitio Hefelonis Hildesh.
Epi. Comitatum, quem ipse
et ejus antecessores sc. Chri-
stianus et Bernhardus, Comites,
ex Imperiali donatione in be-
neficium habuerunt, in pagis
Valon et Hardigon situm,
cum Stuldatis, quas Saxones
Stuldidium vocant, que sunt
in Comitatu Sebehardi Comi-
tis, eidem Ecclesie, que est

in honore intemerata Dei ge-
netricis perpetua Virginis
Maria consecrata, ea nostra
regali auctoritate, cum omni
utilitate, qua ullo modo inde
potest provenire, in pro-
prium declinamus atq; tradidimus,
ea videl: ratione, ut prano,
minatus Eps Hezilo suiq;
Successores eundem Comitatum,
contradictione omnium remota,
potestative firmiterq; perpe-
tua stabilitate retineant. Con-
firmamus igitur magnificentia
regia eidem Eccl^e libertatem
per omnia retinendam,

168
et bona omnia, quae à prædeces-
soribus nostris, Romanorum si-
quidem Imperatoribus et Fran-
corum Regibus, usq; ad tempora
nostra prænominata concessa
sunt, et nos ei habendum omni
tempore atq; jure perpetuo
possidendum, per nostri præ-
cepti paginam concedimus, etc.
et porro ut supra. Dato
eos.

Permutatio inter Henricum
IV. Imp. et Udonem Episc.

(In Haerolini Diff. de Palatio Werla N. III. adj.)

In nomine Sanctae et Individuae
Trinitatis. Henricus, divina
favente Clementia, Romanorum
Imperator Augustus, omnibus Dei
nostrisque fidelibus, tam futuris
quam praesentibus, notum esse
volumus, qualiter nos Ecclesia Hilom,
mediante fidei nostro Udone, ejusdem
Jedis Episcopo, Cartem nostram,
nomine Werla, et villas eodem per,
tinentes, nomine Immerrothe
et Jektherothe, cum omnibus ap,
pendiciis, id est mancipiis, ter,
ris, cultis et incultis, arvis et
aedificiis, pratis, pascuis,

aquis, aquarumq; decursibus, molis
et molendinis, campis, sylvis et
piscationibus, exitibus et rediti-
bus, quasitis et inquirendis, seu
cum omni utilitate, qua ullo
modo inde poterit provenire,
in proprium dedimus, Excipien-
tes de hac ipsa donatione clientes
nostros cum bonis eorum, et
sylvam, quae dicitur Starth, cum
forestali jure, et Goslariam
cum bonis fratrum Goslariensis
Ecclae. Illa autem supra dicta bo-
na pro mansis ducentis dedimus,
ea videl. ratione, ut, siquid ibidem

50
ultra ducentos marcos invenire,
tur, nobis retineremus, sed quid
minus, ad supradicta Ecclia ali,
unde suppleremus. Et ut nostra
hujusmodi donationis auctoritas,
omni suo stabili et inconvul,
sa permaneat, hanc chartam
inde conscribi, quam, sicut
infra videtur, manu propria
roborantes, sigilli nostri im,
pressionem jussimus insigniri.

Signum Dni Henrici tertii
Romanorum Imperatoris
Augusti.

Hermannus Cancellarius, vi,
ce Wunthelonis Archican,
cellarii recognovi.

Data

Data Calen. Januarii *no.* ab
Incarnatione Dni millesimo
octogesimo sexto, Indictione
octava. *no.* autem Dni
Henrici Imperatoris, regni
quidem *xxxj.* Imperii autem
secundo. Actum Wormatia
feliciter, Amen.

Wolfitt

Wolffilt filia Ducis Magni, cum
consensu Mandiburdi sui Heinrichi
dedit pro remedio animo suo
Dindinberch ad Hospitale in
Hildensem cum omnibus illis
impensis, quibus patri suo
servitium ad duos dies plena,
riè datum est, id est, sedecim
magnis porcis et duobus me-
diocribus, unum solidum bene
valentibus, et totidem por-
cellis, cum sedecim gallinis et
totidem caseis, et C. et xx.
ovis, et magno bacchone cum

11
cum suis intestinis, et cado sagi-
minis, et III. cado mellis, et
seca matteris tritici, et decem
siliginis majoris mensura, et nona,
ginta modis braccii minoris men-
sura, C. et XL. modis avena,
et IIII^{or} nummis ad offerendum,
et lignorum et salis vicariorum,
ollarum, scutellarum, quantum
opus fuerit; Insuper illi,
qui in ipsa fraternitate sunt
ad hospitale, in eodem loco
emerunt mansum unum, sin-
gulis annis duos solidos va-
lentem.

Lit. Donis Episcopi de Propo,
ritura montis.

Vobis sancta hujus sedis Deo or,
dinante Episcopus, Ad
honorem Dei, qui prestat
Eadem quibus promerentur
beneficia, scire volo quosli,
bet Christi meis, fideles in
congregationem beati Mau,
ritii in monte, qua fecit bona
Felicis memoria antestor
meus Hefilo Episcopus
ejusdem loci auctor, multa
quidem disposita, sed plura
melius disponenda morte

proventus ibidem reliquerat.
Itac igitur rerum imperfectio-
ne inducti, praedicta Congre-
gationis Praepositi male
derelicta pejus administran-
tes de publicis privata facie-
bant, suum appellantes, quic-
quid sibi commissis subtra-
here poterant, Deniq; cum
non modico tam modico fra-
ternitatis detrimento pra-
edictum quoddam situm in villa
Tuderinge inter alia in suos
usus retransferant, Inde ad

Ca.

53
Canonicos rerum necessariorum
crebri defectus, ex defectibus
querela, ex querelis inquietudi-
nes usq; ad nos etiam processere.
Assiduis itaq; fratrum proclama-
tionibus fatigatus statui de
omnibus profers agere, ubi cum
variis actionibus et quereimoniis
multa emendatione termi-
nandis dies consumptus esset,
familiarium meorum clericorum,
laycorumq; qui tunc ad-
erant, districtorum virorum
communi consilio, predictum
proedum perpetuo jure pos-

videndum eidem congregationi re,
stitui. Insuper etiam similis
injuria occasiones in futurum
præcavens, Canonicos in suis
stipendiarijs bonis & propositi,
tum loci cum privatis beneficijs
ab invicem sequestrari, libera Ca-
nonicis potestate concessa, ut
de jam ex cultis quibuslibet eju-
dem Ecclesie possessionibus,
quantum prosent, instantes
incommoditates revelarent,
et postmodum excolendas
omni contradictioni remota
in suos usus quam commodis-
sime reverterent, tali videlicet

lege adjecta, ut nec fratres sine
Proposito, nec ipse sine fratrum
testimonio ullius communis negotii
tractandi ac disponendi jus habeat
in Propositura. Et hac Episco-
pali nostra concessionis aucto-
ritas in reliquum tempus maneat
inconvulsa, cartam hanc nostre
potestatis ac benignitatis ju-
dicem conscribi iussimus. Fa-
ctum est in eodem monte in
Capitulo, Anno ab incarnatione
Dni M. C. III. Idus Augusti
presentibus hijs, quorum
nomina prescripta sunt. p.

In nomine Sanctae et Individuae
Trinitatis. Bernhardus
Dei gratia Hilden. Episcopus.
Quum Ecclesie Dei nostris
temporibus fidelium adifi-
catione sumpserunt incremen-
tum, ex officii nostri debito
tenemur eorum participare
laboribus, ne fraudari possi-
mus et premiis. Notum
itaque esse volumus tam pra-
esentis quam futuri temporis
Fidelibus, qualiter cives in
villa Hedenem, quorum majores
et

honestiores fuerunt Eylhardus,
 Stanoldus, Berwardus, Rickber-
 tus, Lambertus, Evegilt, Erwinus,
 Ameko, Lindogus ceteriq; concives
 eorum, tadio longioris via ad
 Ecclesiam suam aliasq; Capellas
 provocati, licentia et permisſu
 nostro et consensu Eici Archi-
 diaconi et Odonis sacerdotis
 in Adenstide, fundaverunt Eccle-
 siam in area, quam à liberis
 hominibus Hermanno Alfrigh
 uxore ipsius acquisierunt,
 eamq; per manum nostram
 Sto Doehardo et Ecclesia sua
 à fideli nostro Friderico Abbate

et successoribus suis in divinis
perpetuo disponendam fideliter
obtulerunt. Nos etiam fidelium
devotioni congaudentes libe-
ram esse eam statuimus, Infig^z
in Baptismo, Visitatione et
Sepultura ceterisq^z Ecclesie
sacramentis licentiam concedimus,
eo videlicet exceptionis modo,
ut cives sacerdoti marcas,
Eccle decem solidos annuatim
persolvant, nec tamen in reedifi-
catione excusentur, si incendio
aut seruo collapsa fuerint.

In ceteris vero omnibus excusati
libertate sibi data gaudeant.

Ut haec igitur rata et firma
perpetuo maneant, officii no-

stri auctoritate precipimus,

et ad posterorum memoriam

presentis pagina scripto si-

gilli nostri impressione muni-

to transmittimus, testibus

qui aderant infra nominatis.

Testes Johannes sacerdos, Bern-

hardus, Gerlagus, Werno, Her-

mannus, Thidericus, Berthol-

ous, Eggehardus, Rikbertus,

Canonici majoris Ecclesie.

Lajci: Meynfridus Comes de Ao,
denburch, qui jurisdictionem
de Comecia nobis resignavit.
Bernhardus vice dominus.
Egbertus Camerarius. Ernestus
Papifer, Arnoldus Marscalcus.
Sifridus de veteri villa.
Odelricus de Rivo. Iverus.
Bernhardus de Sulica. Ther,
hardus de Versete, et alii quam
plures. Actum Anno Dni M^o,
carnationis M^o C^o xxxxiij^o Indict.
vi. Regnante Romanorum Rege
Conrado. Datum Hildens. xvi.
M^o Julij, in nomine Dni feliciter,
Amen.

In

In nomine Sancte et Indi-
vidue Trinitatis. Bern-
hardus Dei gratia Hilden-
Eps. Quoniam divina
Clementia beatum patronum
nostrum Godhardum mul-
torum offensione miracu-
lorum clarificans tam inte-
rioris quam exterioris no-
stro salutis in eius patro-
cinis spem nobis adauxit,
nos etiam pro modulo no-
stro eidem porrimus gratias

persolventes Monasterii
ipsius novellam plantatio-
nem omni devotionis studio
sive in pradiis, seu in homi-
nibus ampliari, vel ab aliis
fidelibus pro animarum
suarum remedio donata con-
firmare decrevimus. Notum
itaque esse volumus presen-
tibus et posteris, quod qui-
dam nobilis homo Reimarus
nomine mancipia duo sua,
videlicet patres Reimarum

et Hermannum et Gertrudem
sororem eorum, me presi-
sente, et astante primo Ab-
bate ejusdem loci Frederico
Ecclesia Beati Godhardi
in manu Abbatis F. et Bern-
hardi Advocati loci illius
Vicedomini Hilden. Ecclesia
jure Ministerialium per-
petuo mansuros obtulit.
Ut hoc igitur devoti viri
oblatio nostra auctoritate
confirmata quorumq;

Fidelium incitare possit afe,
cum, auctoritate Patris
et Filii et Spiritus Sancti
et Apostolorum Petri
et Pauli eam roboramus.

Et ut firma et inconculsa
in omnia post futura
tempora permaneat, Ian,
ni nostri interpositione
et Sigilli impressione testium
qui subscripti sunt, adnota,
tione eam munivimus.

Testes. Gernhardus Vicecomes.

Coro

59
Cono de Depenowe. Nittungus
de Stadem. Flerewigus de Dunigge.
Hermannus de Volkersem. Wal-
therus de Herigge. Eckbertus
Camerarius. Ernestus Papifer.
Therius de veteri villa. Item Here-
brandus, Ludoldus advocatus et
patres ipsius, Hugo et Lippol-
dus, Volkoldus, Eizo, Rodericus
fratres, Bruman de Tossem
Durgenses, Stephanus Gallicus
et alii quam plures qui con-
venerant. Datum Hilden.
Anno Dni M^o C^o XLV^o. In-
dicl. XIII. XVII. Kal. Octobris.

Lit. Bernhardsi Epi Hildes. de
 monasterio S. Bodehardi, ex
 membranaceis chartis correct.

In nomine Sanctae et Individuae Trinitatis:
 Bernhardus Dei gratia et Beatae
 Mariae semper Virginis dignatione
 Sanctae Hildensemensis Ecclesiae
 Episcopus. Conditoris mei bene-
 ficiis justum est me nullatenus
 ingratum existere, quin immo
 honorificentiae ejus. per admi-
 nistrationes mei pontificalis
 officii Ecclesias construere, castro-
 ctas vero ut divinis laudibus

60
iugiter illustrarentur fidei sol-
licitudine procurare. Unde
notum facio universis Christi
fidelibus tam futuris quam
presentibus, qualiter pro
beatissimi Patroni nostri
videlicet Sancti Iohannis
Pontificis honore amplian-
do et patrocinio prome-
rendo, Itemq; pro anima
mea remedio communicato
fratrum meorum aliorumq;
Christi fidelium consilio et

auxilio locum quendam extra
murum civitatis nostrae
in australi parte situm,
4. Anno Præsulatus mei
excolere cepi, quem divino
honore et sancta Maria
Virginis ac sancti Godhardi
Episcopi et confessoris
venerationi specialiter atti-
tulavi, qui videlicet locus
cum adhaerente sibi ab aqui-
lone parte à quodam mi-
nisteriali Ecclesie nostrae Theo-
dorico nomine iure proprieta-
tis

tis antea possessus, mihi ab
 eo cum omnibus pertinen-
 ciis suis ad hoc ipsum assi-
 gnatus est consensu heredis
 sui filii videlicet Thiderici,
 impensis eis 24. libris argen-
 ti et Curte una in Luisbire,
 Lxx. vero Marcis pro molen-
 dino in eodem loco secus ripam
 fluminis Indrerste posito.
 Verum quoniam idem Deo
 dignus confessor ante Pon-
 tificatum in monachica pro-

professione laudabiliter conversatus
est, Visum est mihi valde com-
petere, ut in loco illi specialiter
dicato divina servitutis religio
sicut ordinaretur, quatenus qui-
cumq; ibidem Deo militaturi ag-
gregarentur, secundum regulam
Sancti Benedicti in monachici
ordinis professione instituan-
tur. Ea propter iactis in eo-
dem loco templi fundamentis,
quasdam religiosas monachici
ordinis personas ibi coadunavi,
quibus etiam Abbatem preseci

nomine Fredericum. Hoc
igitur mea devotionis stu-
dium Deo ut speramus me-
diante inchoatum, ut ratum
et inconvulsam in posterum
permaneat, Eiusdem Dei
et Domini nostri auctori-
tate et Beati Petri Prin-
cipis Apostolorum sanctiq[ue]
Godehardi ac nostra divina
nobis dignatione concessa
potestate in perpetuum
stabilimus et confirmamus,

statuentes, ut nullo deinceps
tempore vel locus ipse à qua,
libet cujuscunq; dignitatis per,
sona in alios usus redigatur,
vel alterius professionis ordini
subjiciatur, sed monachica
professionis religio ibidem
perpetuis temporibus irre,
fragabiliter observetur. De,
cernimus etiam, ut defuncto
ejusdem venerabilis loci Abba,
te sive ab officio Prælatio,
nis quicunq; justa occasione
canonice amoto, fratres ejusdem

ca.

cœnobii liberam habeant fa-
 cultatem secundum regulam
 Beati Benedicti in pater-
 nitatis honorem quamlibet
 idoneam eligendi personam
 de suis, si reperta fuerit,
 sin autem ex alio quovis
 sui ordinis monasterio.
 De rebus a. utensilibus
 defuncti nullam habeat li-
 centiam qualibet persona
 à monasterio quicquam ab-
 strahere et in suos usus
 redigere, præterea in sustenta-

tionem servorum Dei,
qui vel nunc ibidem in
Dei servitio conversantur,
vel in futurum per Dei
gratiam sunt colligen-
di, Prædia aliquanta
pro nostra adhuc pos-
sibilitate delegavi, qua-
dam ex hereditate mea,
nonnulla ex oblatione
fidelium data vel empta,
aliqua etiam qua mini-

Steriales. Ita Maria
in beneficium recepe-
rant, mihi ab eis sunt
resignata, qua novello
illi caenobio iure per-
petua proprietatis
possidenda concessi,
Quorum subscriptio-
nem diligenter facere
curavi; In Luisbi,
se v. Mans. In Olden-
corp unus mansus,

sed hunc medium cam,
bivit Adelbertus mini,
sterialis meus, dimi,
cio mansu in Luisbi,
se ad novam domam

(quo Schirholdt dicitur)

in Einem III. mans. d.

VI. mans. " Rotsseffern.

dimidius
in Saitheren
(juxta Hamelen)
VIII. Jugera in

1. in Schweohelde. V.

mans. in Eilstrenge,

1. mans. in Hattendorp.

VIII. mans. in Naredorp.

4. Mans. in Bethmare.

9.

9. Mans. in Lidinge. VII. mans.
 in Hogeringeroth 1. mans.
 in Fronstede. II. Mans.
 in Rincklewe. 1. mans.
 in Dornstede. III. mans.
 quos cambierunt fratres
 nostri canonici prin.
 cipalis Ecclia tribus
 Mansis in Werre. Item
 in Werre 1. Mans.
 In Lienstede (quata stle)
 dimidius mansus. In

Lothenem 1. Mans. In
Holle 11. Mans. In Warmi,
gerode 5. Mans. In Henede
2. Mans. quorum unum
dederunt canonici San,
cto Maria in concam,
bio pro mansu in He,
ninge. In Waleshusen
motendinum. In Dungen
11. Mans. In Westhenem
2. Mans. In Deddenghu,
sen 1111. Mans. In Hott,

66
husen (juxta Dodenstein)

9. Mans. In Waldereschem

2. Mans. In Telenem

2. Mans. In Edessem

v. Mans. In Lutingessem

2. Mans. In Sutheren

Juxta Embrise) VII. Mans.

In Eckerde III. Mans. quos

cambivit Hugo mini,

sterialis meus III⁶ Mans.

in Bortenem. Item

in Bortenem I. Mans.

In Boningehusen 1.
Manf. In Ettingehusen
1. Manf. et dimidius.
In Banthenhusen 2. Manf.
In Hasen 1. Manfus, quem
cambivit appositis
sea jugeribus prope
templum sancto Cru-
cis in territorio no-
stra civitatis Theo-
doricus Propositus

ma

majoris Ecclesie
 mansu uno in Hu,
 Kenem et prato
 justa novellum Mo,
 nasterium in parte
 Australi positum.

— Hac tamen cambitio
 specialiter eade cau,
 sa facta est, me me,
 diante, ut sopiretur
 quarela, quam habere

videbatur pro quibus
dam jugeris in campo
Schirhotte positis.
Item in Hackenem
1 Mans. In Herlede
xix. Mans. In Hnefe III. Mans.
In Juhem 1. Mans. In Bo,
kenberge VIII. Mans. Item
pradiolum in Hastedk.
quod nobilis Cono,
ibidem conversus, fratris
sui nobilis Wilhelmi

48
aliorumq; heredum suo-
rum consensu, contulit
beato Godehardo in
perpetuum. Decima
in Nienhusen, In Milen-
husen, In Merchessem.
Dimidiam Decimam
in Wakkentide cum
LXX^{bus} jugeribus eidem
Ecclesia confirmamus.
Sane quo eundem locum

per intercessionem beati
Godhardi optato futuris
temporibus incremento
tam in divina servitutis
laudabili amplificatione,
quam etiam in possessione
praediorum ad deci-
marum omniumq; re-
rum necessariorum
prospicere speravi,
praedicta Ecclae praedia
itemq; omnia, quaecunq;

de,

69
deinceps idem vene-
rabilis locus conces-
sione Pontificum, lar-
gitione Regum ac
Principum, oblatio-
ne fidelium seu aliis
justis modis Deo donan-
te poterit adipisci,
presentis pagine te-
stimonio communita,
firma et illibata semper

consistere volumus, eo-
rum, qui ibidem in Dei
famulatum aggregati
fuerint, necessariis usibus
omnibus profutura.
Et quia Monachialis
vita sancta conversatio
libertatem et vacationem
à strepitu curarum
secularium exigit, in
hoc quoque sanctis Monachis
providentes sancimus,

ut ipsi cum Abbate
suo ab omni terreno ser-
vitio liberum salvo debi-
to Episcopalis obsequii
inoffense debita ordinis
sui quiete prerfruantur.
Unde et ambitum curia
totum, in quo Ecclesia
illa fundata consistit,
à jure et potestate Ad-
vocati absolventes li-
beramus, ab omni secu-
laris cujuscumq; persona

ditione sub manu abba,
tis regendam consistere
volumus. Reliquorum
verò prædiorum Ecclie,
siaticorum advocatum
volumus ut abbas cum
fratribus suis consilii
maturioris eligat, eiq; il-
lorum tuitiones pro sa-
lute animo suo injungat,
non in beneficium sed tan-
quam commissum per-
mansurum ei si patronus
pi

71
pius fuerit sin autem
alij committendum nec
in posteros cujusquam
beneficii more transiturum.
Si qua igitur in posterum
Ecclesiastica secularisve
persona his nostris con-
stitutionibus ullatenus
contraire templaverit,
nisi reatum suum digna
satisfactione correxerit,
Sciatur se anathematis gla-
dio ac sanctae Ecclesiae

communione segregatum
divina ultioni in perpe-
tuum subiacere. Cunctis
autem eidem loco sua
jura servantibus, ipsamque
competenti honore ac ne-
cessariarum rerum sub-
ministracione, consilio aut
bona voluntate vel etiam
propriū laboris devotione
promovere cupientibus,
ipse Deus ac Dominus

noster IESVS CHRISTVS
sua benedictionis gratiam
largiatur ac Sancto Mariae
Virginis sanctiq; Richardi
Confessoris intercessione
adjutos et protectione
munitos, eterno beati-
tudinis gaudijs aggregare
dignetur. Ut a. haec omnia
rata, firma, et in con-
vulsa, fixa et inviolata,
in omnia futura tempora

permaneant, presentis
privilegii conscriptione
locum illum et cunctos
in eo consistentes cum
omnibus eo pertinentibus
fideliter communi, adhi-
bita Bamii Episcopalis
auctoritate et sigilli mei
impressione, ac testium
annotatione, qui presen-
tes fuerunt, et omnem
hujus rei seriem mecum

pa.

pariter visam et auditam
fideliter noverunt. Quo-
rum haec sunt nomina:

Thomas Presbiter Cardi-
nal. de titulo Sti Vitalis
Sedis Apostolicae legatus,
Beniko Decanus majoris
Ecclesiae, Borchardus
Presbiter, Bruno Pres-
biter, Rudolphus, Ber-
toldus, Johannes, Ric-
bertus, Johannes Presbyteri

Bruno, Odelricus, Hermannus,
Alwinus, Herlagus, Bern-
hardus, Ekkehardus, Diaconi,
Otto, Werno, Reinoldus, Hil-
hardus, Eysicus, Heremannus,
Theodoricus, Ekkehardus, Ber-
toldus, Subdiaconi. Hujusmodi
Canonici principalis Ecclesie.
Præterea multi Canonici
sancti Mauricii et sancte
Crucis intererant, Gerhar-
dus, Ederus, Thunterus,

Denkerus, Herwardus,
 Snelhardus, Reynhardus
 Propositi. Hij Kayci ad
 erant Bernhardus Vice
 Dominus, Haoldus et Ar
 noldus Henricus The
 dericus Cano: Vidung: E
 uerhard Ludolph, Ecker
 tus Eyko, Ierus Bru
 man, Arnoldus, Conradus,
 Herewich, et multi alij
 liberi ac ministeriales

diversarum Ecclesiarum,
qui ad Synodum convene-
rant. Actum in Hildensem
Anno Dominico Incarnatio-
nis Millesimo Centesimo
quadragesimo sexto, Indi-
ctione nona, Ordinationis
meae XVI. v. Idus Martii
in plenaria Synodo. p.

Lit.

Lit. Bernhãrdi Epi. de instituta,
tione monasterij S. Bartho-
lomei prope Hildensen,
quod Sutta dicitur.

Bernhãrdus Dei gratia
Hildesemensis Episcopus,
officii nostri debito cari-
gimur, Ecclesiis cura no-
stra commissis vigilantia
sollicitudine intendere, et
ut in posterum auctorita-
te pontificali muniti, tu-
tiores subsistant opitulante

divino auxilio providere.
Thancherus itaq; religiosa
conversationis Vir et Pro-
positus servorum Dei
regularium in cella beati
Bartholomei ab orientali
parte civitatis nostro
sita in loco, quem ab aqua
paludosa circumitione Sul-
tiam vocant, integerrime
nos adiens petiit, ut eun-
dem locum privilegii

Episcopalis carta cum
suis pertinentiis muni-
remus, ne temporibus fu-
turis qualibet potestate,
quod absit, in aliquibus sa-
is utilitatibus imminueretur.

Eandem sane locellum de-
monum prius incurribus
horridum beatus Todehar-
us primum incoluit.

Deinde vir venerabilis Bru-
ningus Ecclesia nostra
Electus aqua ipsius decursa,

qua cella ambitur, cum piscatu
suo ac pascuis, et Ecclesia
baptismatis in Lulue cum
Banno suo, novemq; mansis
in Arberghe, ac tribus arcis
cum decimis ipsius villo et
molendino cum omni uti-
litate sua in piscationibus,
pratibus ac pascuis, utilitati-
busq; lignorum consensu
Cleri ac populi ampliavit.
Dominus etiam Bartoldus

Epi.

Episcopus reverenda memo-
 ria, praedecessor noster,
 monasterium ibi dedicans,
 uno manso in Bretenehim
 et decima ipsius vici dotavit.

Nos quoque aliquanta, quae
 ministeriales nostri benefi-
 cii jure possiderant, eidem
 Cella adjumenta pro possibi-
 litate nostra contulimus,
 videlicet in Bredenheim
 tres mansos cum decima

ejusdem villa. Sunt et
alia ejusdem Ecclesie per-
tinentia quaedam à fide-
bus Domini oblata, quaedam
à viris religiosis ejusdem
loci propositis ordine sibi
succeedentibus à secularibus
comparata, videlicet hijs,
circa locum ipsum fere
quinq; mansos et areas
circumjacentes cum omni
jure spirituali et sepultura

In Eggelsem septuaginta
duo jugera cum tribus
areis. In Rethen III. Mansos
cum area. In Embrike
et Jesen triginta novem
jugera cum area. Contu-
lit praeterea Odelricus
sancto Crucis canonicus
ad utilitatem fratrum
in Brethenem XII. jugera.
Item in eadem villa man-
sum cum area persolventem

quatuor solidos hujus mo,
nota ad lumen in Capella
Sancto Maria. In Senetho
viginti quatuor jugera cum
area. In Lereht decimam
villa. In Rehden viginti
jugera. Item in eadem
villa x. Jugera cum area.
In Walckenstede et Luisbe,
ke xx. jugera. In Lubike
majori mansum. In Doe,
tim quadraginta jugera

cum

cum area. In Mudehusen
xxvii. jugera cum area.

Quia igitur justis peti-
tionibus aures pontifi-
cales deet esse faciles,
secundum postulatio-
nem prænominati Prae-
positi locum praefatum
cum praediis ascriptis et
omnibus suis pertinen-
tiis, quas in presenti ha-

bere videtur, vel in futu-
rum cooperante Domino,
concessione Pontificum,
largitione Regum, Ducum,
Comitum, vel quorumlibet
oblacione fidelium, iusta
quavis occasione potuerit
adipisci, servorum Dei
usibus profutura, in ver-
bo Dei et virtute Spiritus
sancti Episcopali nostra
auctoritatis. Itamo firma,

mus et integra firma et
 inconvulsa in omnia tem-
 pora manere Decernimus;
 Statuimus etiam sicut et
 antecessores nostri statue-
 runt, ut in eodem loco
 regularis professionis
 ordo et vita communis
 institutio hactenus à
 temporibus Domini
 Bruningi habita, se-
 cundum doctrinam beati

Augustini deinceps immu-
tabiliter observetur, Eis-
demq; fratribus Propo-
siti sui electio canonica
conferretur. Si quis autem
aut mei ordinis successor
aut secularis aliqua per-
sona, quod absit, hoc
quovis modo infringere
vel immutare, seu locum
ipsum quacumq; impres-
sione injusta gravare

tem.

41
templaverit, Verbi Dei gloria,
dio, nisi resipuerit, et à
corpore Domini segregata,
maledictioni perpetua
subjaceat. Ad cuius rei
firmamentum chartam
hanc conscribi, et sigilli
nostri impressione feci,
mus insigniri. Actum
in Hildensem Anno Do.
minica incarnationis
Millesimo centesimo XLVII.

Ind.

Indict: xi. iii. Idus Octobris
in plenaria Synodo, Anno
Episcopatus mei xvii.
Regnante Domino nostro
Jesu Christo, cui honor
et gloria. Hujus pri,
vilegii confirmando con,
scriptioni testes presen,
tes fuerunt hij: Beni,
ke Decanus Ecclesie
majoris. et Propositus
sancto Crucis, Bruno

Propositus de monte
 Sancti Petri Postlarie,
 Ethelerus Propositus
 de Betzingerode, Hert,
 wardus Propositus de
 Lammespring, Fredericus
 Abbas de sancto Todehar,
 do, Rodolphus Presby-
 ter et Canonicus, Rober-
 tus Presbyter, Johan-
 nes Presbyter, Perlagus
 Diaconus, Bernhardus Dia-

conus, Werno Diaconus, Huj
Canonici Ecclesie majoris.
Laici vero nobiles sono de
Arberge, qui et Advocatus
loci, Haoldus de Burnen,
Haoldus de Desfeldissem,
Haoldus de Ruden. Mini-
steriales vero Ludolphus
Advocatus, Lippoldus fra-
ter ejus, Eckbertus Came-
rarius, huj et alii quam-
plurimi, qui generali Sy-
nodo interfuerant.

Con.

Conradi III. Imp. Regalis Abbatia
Kinkelheimensis subjectio.

In nomine sancta et Individua
Trinitatis. Conradus divina fa-
vente Clementia Romanorum
Rex semper Augustus. Si An-
tecessorum nostrorum regni
seu Imperatorum pia devo-
tionis limitem prosequentes,
ad cultum divina religionis Re-
galibus Abbatis imposterum
providere, et de statu illarum
pro debito Regia Majestatis
ordinare studebimus, id nobis
tam ad presentis vite tran-

quillitatem, quam ad futuram bea-
titudinem promerendam profuturam
fore, non ambigimus. Ea propter
omnibus, tam futuris quam praesentibus;
Episcopi regni, Fidelibus
notam esse volumus, qualiter nos
divini amoris intuitu, et consilio
et petitioni Principum Saxoniae,
Utharici scilicet Halberstadenfis
Epi, Bernhardi Bathurnensis
Epi, Henrici Myndensis Epi,
Wicbaldi Corbeiensis Abbatis,
Henrici Ducis, Friderici Pa-
latini Comitis, Marchionis
Alberti, Hermannii Comitis,

acquiescentes, pii quoque Patroni
Bernhardi Hildesheimensis
Epi, assensum praeberentes, rega-
lem abbatiam nostram Ringelen-
heim, quae tam in temporalibus
quam spiritualibus longo jam
tempore distracta et turbata
fuit, ad reformandum in ea
cultum divinae religionis, pra-
dicto Bernardo Hildesheimensi
Episcopo, omnibus successori-
bus ejus canonicè sibi substi-
tuendis, nec non et Ecclesiae Hil-
desh. cum omnibus suis appen-

dicis, sc. cum ministerialibus
et familia, ceterisque possessioni-
bus, nec non et Advocatia pro,
nominata Ecclesia, assensu et
rogatu ejusdem Eccl^e Advocati,
cum omni jure nostro legitima
donatione in proprietatem con-
tradidimus, eo videl. pacto, ut
predictus Hildeshem. Episcopus
Bernhardus, ceterisque successo-
res sui in prenominatam Ab-
batiam Eccl^e et Episcopo Hil-
desh. pertinentem, omni in po-
sterum tempore manuteneant
et

et ordinent, et cultum divina
religionis ad honorem Dei et
matris sue Hildesheim. Eccle
in ea reforment. Et quia hanc
donationem iudicio et consilio
Principum, nec non a sensu
et collaudatione familia ad
predictam Ecclesiam perti-
nentis, legitime contulimus,
ne quis successorum nostrorum
regni seu Imperatorum huius
donationis nostra statutum
ab Ecclesia Hildesheimensi dis-
solvere seu cassare valeat, edicto

regali sancimus. Et ut haec no-
stra regia traditio in perpe-
tuum rata et inconvulsa ab
omnibus, tam futuris quam
presentibus habeatur, praesentis privilegii nostri aucto-
ritate, subscripto signi no-
stri caractere, et Arnaldo can-
cellario nostro recognoscente,
testium quoque approbatione,
omni munitionis jure corro-
borantes confirmamus. Quia
namque hujus donationis a Comite
Hermanno requisito et dato iudicio
Principum ceterorumque nobilium
confirmata est, Hujus actionis

testes hi sunt: Sigefridus Wirthe-
 burgenfis Episcopus. Albertus
 Misnienfis Episcopus, Bebe-
 hardus Wirzburgenfis Ecclie Prae-
 positus. Regenoldus Hildesh. Prae-
 positus. Bebehardus Praepo-
 situs de Rickenberg. Canonici
 Hildeshemenfis Ecclie, Herman-
 nus, Bruno, Johannes, Bern-
 hardus. Comes Wolfrinus de Wert-
 heim, Comes Rappo de Rickenbach,
 Comes Hartoldus de Nitha, Co-
 mes de Lapoco, Bernhardus
 Maedus Comes, Henricus de
 Wehenbure, Sigeboto de Stuben,

Dieterichus de Aichlingen, Die-
thericus de Yrone, Diethmarus
de Varesflete, Diethericus de Stott-
husen, Comes Sizo, Marquardus
de Yrdenbach, Albertus de Tru-
chintingen, Dietericus de Spile-
berg.

Signum Dni Conradi Roma-
norum Regis Augusti.
Ego Arnoldus Cancellarius vice
Henrici Moguntini Archiepi-
scopi et Archicancellarii
recognovi.

Datum Wirtheburg tertio Kl. Aug^{ti}
Ind: tertia decima.

Anno Dni Incarnationis Millesimo
Centesimo quinquagesimo primo,
regnante Romanorum Rege Conrado
Secundo Augusto. Anno verè regni
ejus tertio decimo.

Bern.

Bernhardi Epi litera super
 Novale iuxta montem
 S. Mauriti.

In nomine Sancta et Individua
 Trinitatis. Bernardus Dei
 gratia Hildensem. Episcopus.
 Illi rectores Ecclesiarum tan,
 quam divina ^{patrimonia} prima, ea qua
 devotio fidelium nostrorum
 redemptione animarum suarum
 Deo et sibi famulantibus dele-
 gaverit, in defensionem. Eccles
 suscipiant, et ea eo gladio
 spiritus perveriores eorum
 et distractores tanquam Dei
 contemptores canonica seve.

ritate ferire non differant.
Quod ego Bernhardus, humilis
minister sanctae Hildensemensis
Ecclesiae, pro affectu considerans,
praesentis scripturae monumento
notum facio omnibus sanctae
Catholicae Ecclesiae fidelibus tam
praesentibus quam futuris, quo-
modo pro remedio animae meae
cum consilio Dni Aene Bonis
Decani nostri et canonicorum
nostrorum et Abbatis sancti
Michaelis Theodorici. Item
propositi Borchardi de monte
sancti emauritii, et omnium

com provincialium nostrorum
 consensu Novale juxta mon,
 tem sancti mauritii, quod in
 communi utilitate possideba,
 mus, ad reparationem publica
 via, quae de monte tendit ad ci,
 vitatem, delegaverim, et pari
 consensu et consilio Dnum Ara,
 ningum regulariter ex per,
 missione abbatis sui Reijnhu,
 sen apud sanctum Michaelm,
 locatum ipso loculo cum omni,
 bus sibi adjacentibus, cultis et
 colendis et decimis investierim.

Et ut idem locus majoris monu-
menti et devotionis existeret,
capellam ibi construere concessi,
et Pontificali auctoritate pro-
dicandi, baptizandi, confessiones
recipiendi prefato religioso viro
B. licentiam indulgi. Nequis ergo
predicto loco et Domino Bern-
hardo aliquam injuriam seu infe-
stationem seu violentiam in hac
nostra donatione nunc et dein-
ceps ullatenus inferre presumat,
auctoritate Bammi nostri inter-
dicimus, et violatorem hujus
rei et pervasores in nomine

Ba.

Patris et Filii et Spiritus sancti
 auctoritate Apostolorum Petri
 et Pauli et Dni Eugenii Papa
 à communionem sancta Ecclesia
 et Sacramentorum, nisi cum
 satisfactione resipuerint, cum
 Diabulo et angelis alienando
 sequestramus. Itujus aucto-
 ritate actionis testes sunt Con-
 radus major Archiepiscopus, Fra-
 ter Conradus regis canonici no-
 stri, Siffridus, Ewirus, Gamber-
 tus, Eilhardus, Perlagus, Bern-
 hardus, Otto, Rupertus, Laici
 Liberi Rempertus et frater

11.
suus Thidericus de Lubuge. Mini-
steriales, Ludolfus Advocatus, Guip,
poldus, Hugo. Ernest de Ockteresen,
Eilbertus de Possem, Eckbertus de
Lindingesen. Richardus & Hildebran-
nus de Drismintede. Ciffridus &
Conradus de Oldendorff. Acta sunt
hec anno Dominica incarnationis
M. C. L. Conservantibus hec
misericordia et pax à Deo ad-
ministratur. Violatoribus a. et
perjuratoribus baratrum eterno
perditionis aperiatur. Amen
feliciter.

Bernhardi Ep. Confirmatio fun-
 dationis Monasterii in Bockla.

In nomine sancto et individua Tri-
 nitatis. Bernhardus Dei gratia
 Hildensem. Episcopus. Brovi-
 dentia Pontificalis cura id à
 nobis exigit, ut, quia lucra-
 ris fidelium animabus ejusdem
 officii debito invigilare com-
 pel-
 limur, etiam temporalis ser-
 vorum Dei necessitati con-
 grua nostra auctoritatis
 tutela provideamus. Super-
 ne quippe pietatis respectus

Ecclesiam nostram mei sacer,
dotii temporalibus spiritua,
lium canobis viro rum am,
pliare dignata est. Quo
ne infestatione filiorum se,
culi graventur, in posterum
ecclesiastica defensione mu,
nienda sunt: Nil enim prodest
initia rerum solidare, si pro,
sumtio valuerit ordinata
destruere. Deoq, non minor
in conservandis rebus, quam
in acquirendis adhibenda cau,
tela videtur. Est igitur lo,
cus

cus infra terminos Dioceseos
 nostra, Bobla dictus, à Grem.
 maro Ducis Henrici ministe.
 riale sub titulo sancta Dei
 genetricis fundatus, monasti.
 ce religioni mancipatus, quem
 vir idem consensu heredum suo.
 rum, quatuor videlicet filio.
 rum Lemmari. Arnoldi, Teri.
 Walderi. Ecclesia nostra
 principali in Hildens. devo.
 tioni fideli obtulit ea lege,
 ut ab hujus professionis con.
 versatione in alteram nunquam

mutetur. Et locus ipse cum
Abbate suo talem nostra fedi
subjectionem et ministerium
exhibeat, quale et Abbates duo
civitatis nostre, de monasterio
videlicet S^{ti} Michaelis Arch^{angeli}
Sanctiq; Leodehardi Epi,
scopi et Confessoris; Locum
verò defensionem, quam Advoca-
tiam nominant, suis haeredibus
in omnem posteritatem sine
jure feudali dereliquit, ut qui
sit avo maturior inter eos,
eam amministret, non tamen
servitium à Colonis ejus

exigat, nec aliqua sibi in praedictis ejusdem usurpet, excepta duntaxat judiciorum persecutione publicorum in futuris sedibus et rapinis, nisi forte Abbas eum ad alia qualibet ordinanda tempore oportuno advocaverit. Contulit sane novelle huic plantationi in sustentationem servorum Dei, die, quo dedicata est eadem Ecclesia ab Episcopo Minnense Heinrico in mei presentia, quatuor villarum

territoria cum suis appendiciis
scilicet Bosla. Wilschete. Kettes.
Dorp. Ketelingen. exceptis
VI. mansibus, quorum unus
nostri juris erat in Bosla.
Item in Gillessem juxta sylvam,
quae dicitur Elm, IIII. mansos
dedit. Ego vero ut et devotio,
ni hominis illius concurrerem,
et monachorum utilitatibus
providere, mansum in Bosla
praedictum eodem loco contuli,
et omnem Decimationem, qua
cumq; in novalibus villarum
pra.

prænominatarum excolendis
 provenit, quam etiam illi bene-
 ficiali jure ante concesseram.
 Contuli nihilominus Decimam V.
 domor. in Oberge. Hoc a. o.
 mnia et ego die illo cum pro-
 fato Episcopo, pontificalis
 auctoritatis Damo firmavi.
 Et ut de cetero firmamentum
 habeant in perpetuum, cum
 omnibus quacumq; fuerint
 collata, deinceps eidem loco
 concessione Pontificum,
 largitione Regum, Ducum

vel Principum, sive quorum,
cumque sexus utriusque Domini
fidelium in praeiis, redditibus,
molendinis, villis, silvis, praediis,
pascuis, piscationibus,
viis et inviis, aquis aquarumque
decursibus, ac cunctis inhabi-
tantium commoditatibus quo-
cumque vocabulo nominandis,
iterum atque tertio auctoritate
Patris et Filii et Spiritus
Sancti mei Episcopalis officii
Bamo in Synodo generali
nostra Ecclesiae communi,

et in testimonium ejusdem
 confirmationis hanc cartam
 conscribi faciens, Sigilli mei
 impressione signavi. Siquis
 a. aut mei ordinis successor,
 aut alia qualibet Ecclesiastica
 secularive persona, quippiam
 am horum aliquo tempore
 in irritum duere temptaverit,
 omnipotentis Dei et ejus di-
 gno genetricis atq; omnium
 sanctorum iram incurrens,
 anathemate sempiterno ple-
 ctatur, nisi resipiscens satis-

faciat. Hujus actionis ac
confirmationis testes aderant
Abbas Sancti Michaelis Bar-
chardus, Abbas Sti Godhar-
di, Fridericus, Bruno Decanus,
qui et Propositus Sti Pe-
tri in Goslaria. Bern-
hardus, Ricbertus, Bertol-
dus, Presbyteri. Tadilo. Bro-
no. Werno. Gerlagus. Eylhar-
dus. Bertoldus. Harderodus.
Lambertus, Diaconi. Ekgehar-
dus. Conradus Subdiaconi.
Canonici sanctae Mariae.
Ber.

Berno Propositus Sti Geor.
 gii in Goslaria. Thenserus
 Propositus S. Bartholomei.
 Eclerus Propositus de Bet,
 singerod. Inelhardus Pro
 positus de Alesburch. Herd
 wardus Propositus de
 Lammespringe, Canonici Sti
 Mauritii, Canonici Sti Cru
 cis. Liberi homines nostra
 Ecclesia quam plurimi ac Mi
 nisteriales et tota Synodus,
 qui convenerat iii. Idus Octo
 bris, astante ibidem Kemmaro

cum filiis suis consentientibus.
Actum in Hildenesheim in
plenaria Synodo, Anno Dnco
Incarnationis m^o. C. LII^o. In
dictione prima. Regni Fri-
derici Regis t^o. mei vero Pon-
tificatus XXIII. Regnante Do-
mino Ihesu Christo in per-
petuum. Amen.

In nomine Sanctae Trinitatis
et Individuae Unitatis. Bruno
divina et Beatae semper Mariae
Virginis dignatione Hilden. Eps.
justum est, me miserationum
Tui recordari, laudem Dei
mei dicere super omnibus,
qua ostendit mihi. Quia ergo
dies mali sunt, et quo filii
seculi hujus prudentiores
filiis lucis in generatione sua
sunt, oportunum existimaui,
quiete Deo famulantium tem-
poribus mei corroborare,

immo et ampliare. Unde
notum esse cupio presentis
scripti testimonio tam moder,
ni quam futuri temporis
fidelibus, qualiter Monachi
nostri Monasterii nostra
civitatis praetari Pontifi,
cis et spiritualis Patroni
nostri Godehardi, Arnoldo,
secundo ejus loci Abbate, cau,
sam promovente, possessio,
nes quaedam pecunia digna
possessoribus tradita in per,
petuos usus ecclesiae suos conquisierunt.

Sunt

Sunt autem hæc. In Alem mansum
 unum à Folcodo ministeriali meo,
 consentiente filio ejus Henrico, im-
 pensis ei .xii. Marcis. Cui emptioni
 interfuerunt hi testes: Gotelinus
 Canonicus S^{ci} Mauriti, Kayci
 vero Rothric. Ernest. Conrad.
 Jordan. Wetzel. Stamo. Wich-
 mam. Eizo. Theodoric. Johan
 Gelin. In Cuchlete ii. mans.
 cum omnibus attinenciis, in area
 videlicet, in prato, in sylva, em-
 pti à Theodorico de Gotthur,
 ne ministro itidem meo, a stante

Sorore eius Immika cum duo-
bus filiis suis, Rurchardo et
Heinrico, assensum rei pra-
sentibus, datis ei XXI. argen-
ti libris, ubi adfuerunt testes
Heremammus Propositus Sta-
crucis, Bertoldus, Bruno,
Canonici majoris Ecclesie, Gai-
ci Berengerus de Pappenburch
et Fridericus, fratres. Con-
radus puer vicedominus ejus-
dem Ecclesie Advocatus, Qui-
doef de Wattingeroth. Bertold

Haott. Arnold. Rothric. Luidold.

Her. Folkolt. Egbrech. Her.

nest. Conrad. Rothric. Amalunc.

Thegenardt. Jordan. Sifrid Bo.

oo. Hereman. Sunt proter,

ca quoddam predicta, eidem
canobio à quibusdam fidelibus

pro remedio animarum suarum
gratis data. In Hem VI. mans.

In Eilstringe III. In Hembere

I. In Ofageshusen II. in

foro nostra civitatis dua
taberno. In Pofflaria dua

area cum edificiis. De his et de
omnibus prædicto canobio con-
quisitis, et deinceps quolibet mo-
do juste conquirendis, Deo ibi-
dem servientibus, pacem fir-
mam sanctio, et omne gravamen
sive per vim sive per fraudem,
cujuslibet personæ, cujuscumque
dignitatis vel ordinis sit, à
jam dicto loco Episcopalis Ban-
ni severitate et verbi Dei gla-
dio præsertim amputo, et per-
petualiter amputatum esse Si-
gilli mei impressione confirmo.

o.

Omnia etiam, quae praedecessor meus Bern-
 hardus Eps. eidem novella
 plantationi tam in Ecclesiasti-
 cis quam in secularibus rebus
 seu institutis contradidit, et Pri-
 vilegio suo dato firmavit, eo
 inconvulsa penitus et in omnia
 tempora rata permanere decernit.
 Quod si aliquis huius nostrae con-
 stitutioni violenter seu fraudu-
 lenter obviare temptaverit,
 quod absit, dispereat de terra
 memoria ejus et deleatur de

110
libro viventium, nisi congrua
satisfactione resipiscat. Omnibus
vero Beati Godehardi merita
venerantibus, et ejus cenobii pro-
motionem adjuvantibus veniat
salus et benedictio et aeterna fe-
licitatis remuneratio. Actum
in Hildenesheyem. Anno Incor-
pationis^o meae Anno VII.
Dni Friderici Imperii VI. in
plenaria Synodo.

o m^o c^o lxx. Indit^o. VIII. Non. Martii.
Ordinationis.

Victoris Papa III. littera confir-
mationis et protectionis.

Victor Episcopus servus ser-
vam Dei universa Ecclesia Hil-
denfemensi in perpetuum. Ju-
stis petentium desideriis fa-
cilem nos convenit imperti-
re consensum, et vota que à
Tonis tramite non discordantur,
effectus sunt prosequenter com-
plenda, quatenus devotionis
sinceritas laudabiliter eniteat,
et utilitas postulat, vires in-
subitanter assumat. Et pro-
pter dilecti in Domino filii

*Victor
Papa III.*

rationabilibus vestris petitionibus
clementer annuentes, Ecclesiam
Hildensem cum omnibus
suis bonis sub beati Petri
et nostra protectione su-
scipimus, et presentis scripti
patrocinio communitus, sta-
tuentes ut quascumque posses-
siones, quocumque bona eadem Ec-
clesia in presentiarum juste
et canonice possidet, aut in
futurum concessione Bon-
tificum, largitione Regum
vel Principum, oblatione
si,

61

Fidelium seu alijs justis modis
prastante Domino poterit adipi,
sci, firma vobis vestriq; Suc,
cessoribus et illibata perma,
neant. Praterea inhibemus,
et auctoritate Apostolica. o.
mnino interdiciamus, ut nullus
advocatus aut alius quilibet
laycus prassumat de cetero
morientium clericorum bo.
na invadere vel aliquo modo
distrahere, aut instantia Epali
seu clericorum usurpare vel di.
minuere. Decernimus ergo ut

nulli hominum omnino liceat
profatam Ecclesiam temere
perturbare aut ejus possessio-
nes auferre, vel ablatas re-
tinere, minuere, seu aliqui-
bus vexationibus fatigare.
Sed illibata omnia et integra
conseruentur eorum, pro quo-
rum gubernatione et susten-
tatione concessa sunt, usibus
omnimodis profutura, sal-
ua nimirum in omnibus sedis
Apostolica auctoritate et
Niccesani Episcopi canonica

justicia. Si qua igitur in
futuram Ecclesiastica secu-
larisve persona hanc nostra
constitutionis paginam sciens
contra eam temere venire
temptaverit, secundo tertiove
commonita, nisi pro sum-
ptionem suam congrua satis-
factione correderit, potesta-
tis honorisq; sui dignitate
careat, reumq; se divino iudicio
existere de perpetrata iniqui-
tate cognoscat, et a satisfac-
tione, corpore et sanguine

Sei et Domini nostri Jesu Christi
aliena fiat, atq; in extremo exa-
mine districta ultione subiaceat.
Cunctis autem eidem Ecclesie
sua jura servantibus sit pax
Domini nostri Jesu Christi,
quatenus et hujus fructum bona
actionis percipiant, et apud
districtum Judicem premia eter-
nae pacis inveniant, Amen. Datum
Romae per manum Magistri He-
rardi sancto Romano Ecclesie
Subdiaconi, VIII. Calend. Octobris, In-
dictione IX. Incarnationis Domini
Anno M. C. LX. Pontif. vero
Sui Victoris Papa IV. Anno secundo.
In

In nomine Sancto et Individuo Tri-
nitatis. Hermannus Dei gratia
Hildensemensis Eps. Quamvis nos
heū non nisi tenebras esse recogno-
scimus, adeo ut nec verbo nec opere
in domo Dei pro debito luceamus,
opere pretium tamen duximus,
lucernam boni operis ab aliis ac-
censam, ne ab impiis extinguatur,
in luce sua roborare, sicq; si
non proprio saltem alieno exem-
plo aliquos ad bonum invitare.
Inde est, quod universitati fide-
lium notum esse volumus, quod
matrona quaedam probata

religionis Windeburgh vidua
Thietmari de Wicbeke salutarem
sui memoriam in cenobio bti.
Lodehardi praediorum in Vol-
chardessen sex solidos annua-
tim solventium collatione con-
stituit rex illos solidos in manus
custodis deponendos, ordinans
ut duos solidos focalibus lignis
in usus fratrum comparandis im-
pendat. De reliquis quatuor al-
tari. Sca Crucis luminaria no-
cturna provideat. Mancipia
etiam quodam proprietati eius
sem Monasterij assignavit,

quorum hæc sunt nomina:

Hildeloch. Luder. Adalward.

Vnico. Lüdolf. Heithenric. Adal-
mot. Helmburch Luenehult.

Ut autem hoc suo devotionis
obsequium per omnia ratio-

nabile et ita Deo maxime pla-

cons redderetur, apud Bruno

Comitem de Homburch

effecit, ut universo juri comi-

tatus in prædiis illis habito,

sub proborum habundanti

testimonio renunciaretur, siq;

eius largitio hæredum et alio-

rum consensu roborata sine

retractatione in posterum rata
constaret. Scientes a. quia dies
mali sunt, hoc pium et ratio-
nabile gestum Sigilli nostri atte-
statione firmamus, et aduersus
omnis violentiam concussionem
banni nostri a meo iure munimus.

Hujus rei testes sunt Werno
major & Propositus. Ricbertus
Decanus. Bertoldus. Conradus.
Erpo. Harderodus. Cayci: Be-
reggerus et frater suus Frithe-
ricus de Poppenburch. Volwi-
nus et Wiockindus fratres de
Sua.

Qualenberg. Bodo de Wittike.
 Betelinus. Ministeriales: Othel-
 ricus. Ernest. Johannes Er-
 bertus. Udo. Guypolus. Actum
 Anno Inica incarnationis
 M. C. C. lxxviii. Indict.
 quinta decima, gubernante to-
 tius orbis Monarchiam
 Romanorum Imperatore
 Fritherico.

In

In nomine S^ce et Individua Tri-
nitatis. Sterimamus Dei gra-
tia et beata virginis Maria
dignatione Sancto Hildensem-
sis Ecclie Eps. Pontificalis ex-
cellentia culmen, quo auctore
Deo fungimur, cordis nostri pe-
netralia quasi quadam manu
pia sollicitudinis pulsans monet
ut non solum largitori bonorum
omnium Deo pro adeptis bene-
ficiis non ingrati studeamus
existere, verum omni vigilantia
atq; diligentia crediti nobis in
commune curemus prospicere,

hoc sciētes, quod, cui plus
committitur, plus ab eo cari-
gitur. Inter quae Divini timoris
obsequia, quibus fidelibus ma-
gis prodesse quam praesse cu-
rimus, coenobium beati patris
Lodehardi, à venerabili Dno
Bernhardo pie memoria An-
tistite in monachica conver-
satione summa devotione ac
studio fundatum, manu tenere
ac protegere dignum ducimus,
ac omnibus nostri ordinis suc-
cessoribus tuendum committimus;

quodq; praedictis et mansis pro
modulo nostro, ad sustentatio-
nem Deo ibi famulantium prom-
pto animo ampliare semper
intendimus. Ut igitur et nos
non immunes essemus, hujus
novellae plantationis tam
sancto devotionis operi pro
remedio animo nostra Man-
sum unum in Agerheim adje-
cimus, quem a quodam Her-
manno nostro ministeriali,
cui hereditario iure cesserat,
consensu heredum suorum

man,

manso in Dilem cambuimus.
 Præterea dilectus noster Ar.
 noldus ejusdem loci secundus
 Abbas, et potē fidelis dispen-
 sator et providus, commodi-
 tati fratrum suorum soler-
 ter invigilans, duos mansos
 in Sieglete, xxi duabus ma-
 rius comparatos à Thiederi-
 co de Goltorne, huic nostra
 donationi conjunxit. Adhuc
 a. ut utilem se patrifamilias
 servum ostenderet, alios tre-
 decim mansos in eadem villa

ro
 tio
 rrom
 r
 s
 s
 v
 ro
 n.
 ie.
 r.
 li,
 at,
 v
 an,

cum arcis et pratis prioribus
superaddidit, emptos à duobus
fratribus Heinrico et Burghar-
do centum maris, consensu ma-
tris eorum Imilla et sororum,
quos partim hereditario partim
beneficiali iure possederant.

Item unum mansum et XII. agros
in Suglete vir quidam Adelber-
tus nomine cum filio suo ab-
renuncians seculo Ecclesie bti Jo-
sephardi in possessionem tradi-
dit. Quia igitur dies mali sunt,
et filii hujus seculi filios Dei

in negotiis suis plerumq; circum,
 veniant, hanc actionem me pro,
 fidente et Conrado vicedomino
 ipsius Ecclesie Advocato suscipien,
 te coram Clero et populo tam libe,
 ris quam ministerialibus sapius
 ventilata, ut omni in posterum
 auro firma et inconvulsa atq;
 indilacerata permaneat, aucto,
 ritate Patris et Filii et Spiri,
 tus sancti banno nostro firma,
 vimus, literisq; mandatam Sigil,
 li nostri impresfione signavi,
 mus. Itaq; si qua Ecclesiastica
 secularisve persona quietem et

pacem inibi conversantium tur-
bare temptaverit, nisi reatum
suum digna satisfactione corre-
xerit, sciat se anathematis gladio
a sancta Eccl^a communione se-
gregatam divino ultioni in per-
petuum subiacere. Tertium

verò, qui presentes supradicta
actioni aderant, haec sunt nomina.

Virno majoris Ecclesie Brappo-
ritus, Dispertus Decanus. Ber-
tolous, Lambertus Presbyteri.
Bruno. Conradus. Erpo. Bern. Wi-
dihindus, Diaconi. Stahott. Lay-
corum nomina: Beringer de
Bop.

Poppenburch et Frithericus, Cono
 et Widikindus de Hottenem. Herman,
 nus de Volkersem. Waltherus de Herig,
 ge, Vnarg. Eylmar. Ekbertus (ame,
 rarius, et Hermannus filius ejus.
 Arnost de Ogterissem, et Quippoldus
 filius ejus. Quippoldus de Inoula,
 Brande femine, et filius ejus Con,
 radus. Henricus de Ogterissem.
 Volcolius. Volmar de Stamelen.
 Udo. Walbertus. Hartwig et Waltman.
 Lotheric. Euike. Sifritus de Al,
 dendorp. Thiederic de Elisitte.
 Sibrecht. Thietmar. Gherhart
 de Vorse. Heriman Marscal,
 cus. Johan. Sifrit de Alenburch,

et Wlveram. Berimwart de Ha,
melen. Eueric de Swieglete, et
Loindag et Bertoldus. Ropertus.
Heinric de Malaarte. Eilhardus
de foro, et Hermannus frater
ejus. Actum Hildenfs. Anno
Dnica incarnationis M. C. LXVIII
Indictione II. mei Pontificatus
Anno V. Data XII. Kal. Januar. gu-
bernante Monarchiam totius
orbis Romanorum Impera-
tore Friderico.

46

Emtio et Venditio sex mansorum
in Welfen.

In nomine Sancte et Individua Tri-
nitatis. Ego Adelhogus Hildense
mensis Eccle Episcopus, omnibus
Catholica fidei cultoribus salutem.
Quoniam Divini beneplaciti in ve-
stigabilis ratio voluit, nos quam-
vis indignos sorte potestatis
procellere, eo amplius convenit
nos alius curam et diligentiam
iure equitatis impendere, et
non solum malis presentibus
contraire, verum etiam futu-
ris oculis discretionis praca.

vere. Sed quia in plerisque ve-
runtamen maxime in Ecclesia,
sticis negotiis instituta majo-
rum negligi et labi conspicuimus,
Deo oportet auctoritate testi-
monii confirmari, ut non solum
apud presentes, verum etiam
apud posteros inconvulsa perse-
verent. Noverint itaque contem-
poranei, noverint etiam in po-
steritatem succesuri, quod Siche-
hardus de Millenem et uxor sua
Sophia assensu filiorum suorum
lex mansos in Sölschen fidelibus

in

111

in Diddageshusen vendidit. Ut
autem contractus iste firmus
sit, sigilli nostri caractere mu-
nivimus. Hujus rei testes sunt
Abbas Didericus de S. Michael,
Abbas Didericus de S. Lodeharo,
Abbas Rudolphus de Kinglem,
Praepositus Rudolphus de S. Cruce,
Praepositus Gerhardus de Stit-
dereborg, Didericus de Goslaria
Praepositus de S. Georgio, Prae-
positus Otricus de Boleide, Prae-
positus Eilbertus, Magister Jo-
helinus, Comes Rudolphus de Wal-
tingrode et filius ipsius Luoen.

therus, Comes Henricus de Schla
den, Rudolphus de Staken, Rudol-
phus de Peina, Rudolphus Advo-
catus de Brunswig, Ernestus
de Gostersem, Rudolphus de Lue-
ren, Didericus de Saldere, et
frater ejus Burchardus, Hen-
ricus de Schwichelte, Rudolph de
Jarbaldessem, Etzo de Eyltenge,
Rodoricus de Eikessem, Fleiricus
de Wittinche, Artoldus de
Bortfeld, Didericus Bubalt,
Hermannus de Sen.

In nomine Sanctae et Individuae
Trinitatis. Adologus Dei gratia
Sanctae Hildens. Eccles. humilis
Eps. Si sacra religionis augmen-
tum ac Deo famulantium usi-
bus necessaria diebus nostri
Pontificatus amplificare divi-
na opitulante clementia sa-
tagimus, speramus profecto,
quod à summo pastorum
principio aeterno remunera-
tionis premium ipsius mise-
ricordia largiente obtinebimus.
Ea propter ad presentium

notitiam atq; ad posterorum
perpetuo habendam memoriam,
cunctis Christi fidelibus innotescere cupimus, qualiter Sifridus
de Aldendorp, ministerialis Ecclie,
desio nostra, et uxor eius
Richenza, filiusq; eius Sifridus
Junior, ad presentiam nostram
venientes, in conspectu pluri-
morum Ecclie nostra fidelium
Decimam in Achtlem, quam de
manu nostra nostrorumq; pro-
decessorum habuerant, nobis
resignauerunt, omniq; iuri bene-
ficiario, quod in ea obtinuerant,
ple

plenarie atq; integre coram no-
bis atq; universis, qui aderant,
renunciaverunt, ipsamq; resigna-
tionem, ac juris sui renunciatio-
nem in Synodo nostra, coram
universa Ecclesia nostra, pu-
blice professi sunt. Nos itaq;
pro beatissimi patris nostri
Sancti Lodehardi veneratione,
ac dilecti nobis Arnoldi, ipsi-
us Monasterii Abbatis secundi,
pio affectu, Itemq; pro fidelium
in eodem Monasterio Deo
iugiter servientium consolatione,

ipsam Decimam in Achtum san-
ctissimo patri nostro Lothar-
do ac fratribus in ejus prono-
tato Monasterio professione
monachica Deo militantibus,
ad augmentum prebende ipso-
rum perpetuo donavimus,
ipsamq; donationem legitimam,
publica Synodo coram univer-
sa Ecclesia nostra danno Epi-
scopali confirmavimus, eamq;
presentis scripti corrobora-
tione, auctoritate Dei omnipo-
tentis sub danno Beatorum

Apostolorum Petri et Pau-
 li ac nostro, perpetuis tem-
 poribus stabilimus. Confir-
 mamus etiam eidem Mona-
 sterio pradium in Caethlete,
 quod Burchardus et Heinri-
 cus fratres cum Friska ma-
 tre sua, tempore felicis
 memorie predecessoris nostri
 Herimanni Epi. ipsi Mona-
 sterio legitima concessione
 reliquerant, ac postmodum
 sub nostro presulatu ipsi
 Ecclesia cum omni ad ipsum

integritate recognoverunt.
Præterea duos mansos in
Easem villa Quechleten, quos
Berchtheradis de Thosseim
consensu filii sui Waltheri ipsi
Monasterio legitime vendidit,
nihilominus confirmamus. Au-
toritate itaq; ^{Divina} Majesta-
tis Patris et Filii in virtute
Spiritus Sancti sub banno
Sanctissimorum Apostolorum
Petri et Pauli ac totius
Catholice Ecclesie et nostro
hanc presentis scripti con-
fir.

firmationem in sempiternum
ratam esse decernimus. Et
ne à quoquam hominum vio-
letur, sub aeterna dampna-
tionis horrenda ultione in-
hibemus. Adimus quoque sub
eadem intimationis sententia
de oblatione, quam Wifelo mi-
nisterialis Ecclesia nostra,
qui relicto militie cingulo
se ipsum Deo devovens,
consensu heredum suorum
beato Godehardo donavit,
sive quo à nobis habita

resignavit, quo nos ipsi sanctissimo Patrono nostro cum omni proprietatis iure possidenda contulimus. In Hottenem duos mansos hereditatis et in Wirmansum beneficii et alterum in Olfessen et tres areas in civitate nostra et dimidiam aream in Dellenem. Ut a huius scriptura confirmatio certius credatur, et ab omnibus irrefragabiliter observetur, presentem paginam

adhibita aliquorum testium
annotatione iussumus insigniri.

Richardus Abbas S^{ti} Michaelis,
Werno major Propositus,
Bertoldus Decanus,
Rodigerus Abbas de Dinglem,
Berengerus Propositus S.
Crucis. Berno Ammerprin-
gensis Propositus, Hein-
ricus Heiningensis Propo-
situs. Lambertus Riche-
bergensis Propositus. Ca-
nonici majoris Ecclesie,
Conradus et Lambertus

Presbyteri. Erpo. Bertoldus.
Hardenradus. Gosmarus. Wi-
dikindus. Beruo Magister
Scholarum. Diaconi Thiel-
marus. Hadous. Hartbertus.
Luitdoldus subdiaconi. Waldenus
Decanus S. Mauritii cum cano-
nicis suis. Mezenwardus De-
canus cum canonicis S. Crucis,
et quamplurimi Sacerdotes.
Nobiles viri Gerengerus et
Fritthericus de Appenburg.
Thidericus Comes de Emme.
Thidericus de Haldesteve.
Bo.

Gode de Homburg. Emarus
 et Frithericus fratres. Unar-
 gus de Volkersem Ministe-
 riales, Eobertus Camerarius.
 Ernestus Pappifer, Sibertus.
 Heithenricus. Hardwigus
 de Berkim. Conradus de Siemme.
 Odelrikus de Piscina, et alii
 quamplures. Actum Hildenf.
 publica Synodo, Anno Dni incar-
 nationis M. C. LXXIII. Indictione
 VIII. XV. Kal. Novbr. Anno ordina-
 tionis nostre quarto. In nomi-
 ne Dni feliciter. Amen
 Ego Johannes Backen.

rodensis loco positus,
Dni mei Adolphi vene-
rabilis Epi. Capellani,
pro ipsius iussione hanc
cartam conscripsi et
conscripsum dedi M.
Nonas Decembris ipso
anno.

In nomine Sanctae et In-
divisae Trinitatis. Adel-
hocus Dei gratia Hilden-
Eps. Pastoralis officii
cum nos ammori Coesio,
quam regendam suscepimus.
solenter intendere ac filio-
rum ipsius utilitati et quie-
ti diligentia circumspectioni
providere. Hujus pio
devotionis gratia invi-
tante, Cœnobium Bti P.
dehardi ab Antecessore no-
stro pio recordationis

Bernhardo inchoatum
et fidelium Christi studio de-
center constructum, debita
honestate promovere decre-
vimus, et ut Deo ibi servien-
tibus paternitatis nostra
non desit affectus omnimo-
dis elaborare curavimus.
Quo circa nobis intentionem
gerentibus in hoc eorum
securitatem summo opere
constare iudicavimus, ut
si qua res à nobis aut aliis
fidelibus donata, vel ab ipsis
con,

conquisita fuerint, ita nostra
speculatione perpetua stabili,
tate fulciantur, ne quorulibet homi-
num temerario ausu servi Dei grave
incommoditatis periculum patiantur.

Ca propter Decimam in Alem super
VII. mansos, eidem Ecclesie perti-
nentes, quam promovente Thiderico
Abbate III. fratres praedicti loci a
Hermanno ministeriali nostro XIX.

Marcis solverunt, ipsorum proben-
do addidimus. Similiter et Decimam
in Bovensteden, quod alio nomine
Holtthusen dicitur, ipso T. Abbate ela-
borante a Hermanno Camerario
item ministeriali XVIII. Marcis

absolutam fratrum usui concessimus.
Præterea dimidiam Decimam, in
Wakkenstide cum Lyobus iugeribus
mediante supradicto P. Abbate à
Heinrico ministeriali nostro LXXX.
Marcis acquisitam nobis, sicut
prioribus resignatam, utilitati eo-
rundem fratrum tradidimus.

Nihilominus in Harlesheim LXXX.
agros cum attinentiis, arvis et pra-
tis, à quatuor fratribus, Wone,
Waldo, Heinrico, Eberto. prædi-
cto Abbate P. promovente LX.
Marcis absolutos, iuri saepe
dictæ Ecclesiæ fideliter delegavimus.

Item prediorum in Haostert,
 quod Cono ibi conversus fra-
 tris sui Willehelmi aliorum ho-
 redum suorum consensu bto Do-
 nichardo contulit ejus Ecclesia
 stabiliter confirmavimus. Ut
 hac igitur in omnia post futu-
 ra tempora rata et inconvulsa
 permaneant, auctoritate Apo-
 stolorum Petri et Pauli Ban-
 no nostro ea roboramus, et vic-
 tantibus ea perpetuam dam-
 nationem, conservantibus
 autem eternam retributionem
 Deo largiente promittimus,

mu
 n
 bus
 à
 xx.
 et
 eo,
 x.
 pma
 ne,
 edi,
 x.
 e
 us.

et presentem paginam Sigilli
nostri impressione, et fidelium
qui aderant, nominibus eorum
infra conscriptis, testimonio
munivimus. Confirmamus etiam
eidem Ecclesie mansum in Welethe
quem Offemia Comitissa pro re-
medio anime sue et Comitis
Ottonis ad prebendam eorundem
fratrum devote donavit. Te-
stes: Bertoldus major Propo-
situs. Berno Decanus. Lode-
fridus Presbyter. Bruno Cellerarius.
Cilbertus. Thietmarus. Hartbertus.
Jo.

Gotelinus Presbyter. Lodewicus Pres-
 biter. Ludoldus Praepositus S.
 Crucis. Poppo Praepositus S.
 Mauritii. Bertoldus et Luitwardus
 Can. Fridericus Subdiacon. Maj.
 Ecclae Can. Bertoldus Decanus
 S^{te} Crucis. Bertholdus Vicedo-
 minus. Layci: Burchardus de
 Eymessen. Arnoldus et Berhar-
 dus fratres de Cantelesheim.
 Thidericus de Ordenberg. Fri-
 dericus de Novali. Berhardus
 et Ebericus fratres. Lippoldus
 Advocatus. Lippoldus de Esther-
 te. Eustachius filius Advocati

Luppoldus de Stöckem. Johannes
de Ochtershem. Widego de Bliken,
stide et filius ejus Arnoldus.
Widego et frater ejus Luderus.
Waltherus de Frethen. Her-
mannus de Tossem. Thidericus
de Tossem. Edelricus de Livo.
Udo de Artelegen. Eylhardus de
Cwethe. Godescalvus de Tesen.
Sigehardus de Artenbick. The-
therus de Ringelheim. Her-
mannus sine ma. Godfridu-
de Slikt. Wernherus de Bernig-
geroth et filius ejus Wernherus.

Oualricus, Conradus Heinricus
 et frater ejus Arnoldus de Em,
 breke. Gerno et frater ejus
 Luidolfus de Gamme. Johannes
 de Borse. Heinricus de Suech,
 lite. Heinricus de S. Pödeh.
 Jordan de Westfelde, Bertol,
 dus frater ejus. Heithen,
 ricus filius Comitis Sigel,
 bonis de Scharthfelde. Ro,
 dolfus de Mendere, Gerno
 et filius ejus. Burchardus
 de Ekelesheim. Conradus de

uilem. Hermannus de Cowen.
Rothericus de Esekem. Sifri-
dus de Rothe. Walbertus de
Berckem. Conradus et Ber-
toldus fratres de sancta cruce.
Hermannus Marscalcus. Acta
sunt hac in presentia nostra
et testium, qui supra scri-
pti sunt, Anno Dni e. N. C.
LXXXI^o.

Jn

In nomine sancta et Individua Tri-
nitatis. Adelhogus Dei gratia
et beatae Mariae semper virginis
dignatione Hildens. Eps. Mise-
rationum Dni nos convenit se-
pius recordari. Tandem ipsius
super hijs, quo vel nostris vel
antecessorum nostrorum tem-
poribus operari dignatus
est, jugiter decantare. Pollici-
tudo nobis impositi regiminis
ammonet nos, Ecclesiasticis Dei,
maximè vero Monasteriorum
quieti ac paci prospicere

Quia multo nunc gravius est
refrigescente Karitate et ma-
lorum habundante importu-
nitate ea conservare, quam
dudum fuerit ipsa fundare.
Ea propter Cenobium beati
Patroni nostri Adehardi,
quod pia memoria Venerabi-
lis Praedecessor noster Bern-
hardus Eps. summa devotio-
ne ipsius sancti Patris suffra-
gantibus meritis construere
cepit, nos stabilire ac defendere
omni studio intendimus,

ut sicut ipse foundationis au-
 ctor, sic nos consummationis
 collaboratores efficiamur.
 Si qua igitur immunitatis jura,
 si qua munimina diuturna
 pacis ac monachica quietis
 et iusta libertatis secundum
 generalem immunitatem omni
 cenobiorum ac monasteriorum
 a sanctis patribus ipsis in-
 stitutam idem pius fundator
 ipsi loco contulit, nos rata
 esse decernimus. Quia nil
 prodest initia rerum solidare,

si presumptio temeraria va-
luerit ordinata destrucere.
Sanctimus ergo et confirmamus
atq; auctoritate Patris et
Filii et Spiritus S. et beato-
rum Apostolorum Petri
et Pauli et gloriosi Pon-
tificis Idehardi ac nostra
humilitatis officio et banno cor-
roboramus, ut nulla Ecclesia,
stica secularisve persona non
Archidiacon. non Advocat. quam
S. eligent ullam sibi iurisdic-
tionem in omni ambitu fundi Mo.
no.

nasterio deputati usurpent,
 cujus termini hi sunt, ab orien-
 te vallum Camerii, à meridie
 pons Indistria, ab occidente
 pratum Episcopi, ab Aqui-
 lone à porta per descensum
 usq; ad ipsam aquam, non in
 cappella et hospitali ei adja-
 cente, non in pistrino et mo-
 lendino et areis infra hunc ter-
 minum constitutis. Sed cum
 cetera hoc sub manu Abbatis
 ordinanda statuerimus et dispo-
 nenda. Ita hoc ita ut sta-

tuumus firma et stabilita per,
maneant, consilio et conniventia
Summi Propositi Bertoldi et
Erponis, qui tunc Archidiaconus
erat, et omnium fratrum ma-
joris Ecclesie, hoc scriptum
damus, et sigillo nostro firma-
mus, atq; pro recognitione hu-
jus exceptionis Theodericus
Abbas tertius consensu fratrum
suorum dimidium mansum
in Flenigge, pro quo III^{or} solidi
annuatim à Canonicis dabantur,
ipsorum prebendo assignavit.
Et eidem Erponi duas marcas

Dedit. Hujus actionis testes
 sunt majoris Eccle. omnes
 Canonici aliarumq; Ecclesiarum
 Pralati tam Abbates quam
 Propositi. Theodericus (Ab-
 bas S. Michaelis.) Rodolfus Abbas
 (in Ringelheim.) Bertoldus (ma-
 jor Propositus.) Berno De-
 canus (Propositus S. Petri
 Joffaria) Loefridus, Bruno,
 Hilarius, Presbyteri. Erpo.
 Thietmarus. Joh. Heinrichus.
 Hartbertus. Ludoldus. Gilbertus.
 Goppo (Propositus Sti Mau-
 ritii) Conradus. Bertoldus.

Johannes. Egghardus. Dopper.
Fridericus. Rolandus. Johannes
(Propositus in Henigge.) Per-
hardus (Propositus in Heden-
burch.) Terhardus (in Ammesperre,
ge.) Propositus. Pöfelinus
Decanus (de Monte) et fratres sui
Bertoldus Decanus (de sancta
Cruce) et fratres sui. Actum anno
Dnico incarnationis M. C.
LXXXIII. Indictione prima
Regnante Frederico Romanorum
Imperatore. Datum Arib.
xiiii. Kl. Novembris per manum
Hartmanni Diaconi.

Jno

In nomine sancte et Individuae Trinitatis.
Adelhogus Dei gratia Hilden. Episcopus.
Quomodo Ecclesie Dei nostris tem-
poribus fidelium edificacione sum-
pserunt incrementum, justum est,
ut quod eorum fundavit devotio,
pontificalis dignitatis roboretur
officio. Hinc est quod Ecclesi-
am in Suechtele, quam devotus
nobis S. Abbas bti Pothardi
ob multimodas irreptiones
vel depraedationes, qua à filiis
seculi quam saepe proveniunt,
ad perpetuam praediorum suo-
rum et hominum nec non et ci-

vium pacem et refugium adifi-
cavit, bona ejus voluntati con-
gaudentes liberam eam esse
statuimus, atq; à matrice Ecclē-
sia consensu Herebordi fratris
nostri, qui tunc Archidiaconus
erat, et Dandolfi Presbyteri
eam excipientes, curam, baptis-
mam, sepulturam, ac visitatio-
nem ejusdem ville ipsi concessi-
mus, ita duntaxat, ut prædictum
altare ab Archidiacono recipiat,
et in Synodo ei assideat. Et si
major Ecclēsia vel antiquitate
vel incendio collapsa fuerit,

ei in officio collaboret, in ceteris
omnibus libertate sibi data quæ,
te protiatur. Ob hujus exce-
ptionis recognitionem idem
venerabilis Abbas consensu fra-
trum suorum mansum in Do-
chem solventem quinq; solidos
et cives x. solidos eidem Eccle-
persolvant. Hac ut firma et
stabilita permaneat, aucto-
ritate Patris et Filii et Spiri-
tus Sancti confirmantes, Sigil-
li nostri impressione insigniri
iussimus. Testes Bertoldus major

Propositus. Berno Decanus.
Adesfridus Presbyter. Bruno
Cellerarius. Hilarius Scholasticus.
Eryo Diaconus. Heinricus Cantor.
Johannes Diaconus. Gilbertus.
Egghardus. Ludolus. Bertoldus
Decanus S^{te} Crucis, Hartmanus Diaconus,
Serungus Subdiaconus, Gotelinus
Decanus S^{ti} Mauritii, Ludowicus
Presbyter S^{ti} Mauritii. Actum anno
Dni M^o. C^o. LXXXV^o. Indict. III.
Anno ordinationis Adelhogi Epi-
scopi XVI^o. Regnante Frederico
Romanorum Imperatore. Datum
Hilden. XII. Kl. Novembris

Jn

In nomine Sancta et Individua
 Trinitatis. Adelhogus Dei gratia
 Niden. Eps. officii nostri cura
 nos ammonet, Ecclesiarum Dei
 quo nobis in Deo commissae sunt,
 diligentia qua profumus in vi,
 gilare, et conservationi rerum
 earundem, quae vel ab anteces-
 soribus nostris vel à nobis
 eis fuerint collata, securita-
 te circumspectiori providere.
 Hac pia devotione ex debito
 provocati, donationem De-
 cime in Nigenhusen, quae facta est

à prædecessore nostro Episcopo
Bernhardo, ratam et inconvul-
sam habemus, quam contulit
fratribus S^ti P^odehardi in pri-
ma fundatione ejusdem Cenobii.
Et nos insuper eis addidimus
Decimam provenientem de no-
valibus ejusdem, cultis vel colen-
dis, et de novali unius mansi,
qui de Hasfenhusen colitur.

Hæc omnia eo jure eis contu-
limus, quo villicationi nostro
in Witeburnen attinebant. Hæc
a. nostra donatio ut in omnia

post futura tempora sta-
 bilis et inconvulsa permane-
 at, auctoritate Apostolorum
 Petri et Pauli. Banno nostro
 eam confirmamus. Et si quis
 eam auro temerario violare
 prosumperit, Anathema,
 his vinculo subiaceat. Te-
 stes hujus rei sunt Bre-
 positus major Bertoldus.
 Berno Pecanus. Bruno
 Cellerarius. Brepositus Cil-
 bertus. Ludoldus Breposi-
 tus S^{te} Crucis. Thidericus

Abbas B^{ti} Lodehardi cum Ba-
silio. Volkhardo. Heremamo et
Ludolfo fratribus suis. Rayci.
Burchardus de Eimesen. Frederi-
cus de Novali. Robertus de Haken-
bik. Lippoldus Advocatus, cum
Hugone et Heinrico fratribus suis.
Lippoldus de Scherte. Ernestus
Papifer. Rudolus de Herre
et frater suus Wernherus. Bur-
genses. Eylhardus et frater suus
Heremannus, Thidericus de Do-
mo. Luofridus. Ezebertus de
Thossem. Heremannus et Hein-
ricus filii sui, et alii quam
plures. Acta sunt hac Anno
Dnico incarnationis M. C. LXXXVIII.
Ind. VII. Datum Hilden. xvij. Kl.
Februarii.

Em.

Emptio trium manso-
rum in Volken.

In nomine sancte et
Individuo Trinitatis. Per
no Dei gratia Hildense
mensis Episcopus. Quo-
niam divini beneplaciti
investigabilis ratio nos
quamvis indignos sorte
potestatis praeclere vo-
luit, eo amplius debemus
alio curam ac diligentiam
iure equitatis impendere,

et non solum presentibus ma-
lis contrarie, verum et futura
oculo discretionis precaver.
Noverint itaq; contemporanei,
noverint et nobis successuri,
quod quidam Ministerialis no-
ster, Adolphus de Terboldessem,
tres mansos in Solrthe fratri-
bus de Riddageshusen pro vi-
ginti quinq; Marcis vendiderit,
consensu uxoris sue Pertrudis
et fratris sui Henrici et conso-
brini Adolphi et filie sue Eu-
femia, qua parvula et infra

annos per fidejussores, vide,
 licet quorum nomina sunt Theo-
 doricus de Ateten, frater ejus
 Everhardus, Conradus de Lin-
 dete avus puella, Eilardus de
 Ewede, qui sic fidejusserint, ut,
 si qui decesserint residui, si vel
 unus superfuerit, pro omnibus
 sufficeret. Testes hujus rei
 sunt Canonici majoris Coeta
 Johannes de Poppenburg, Bar-
 chardus de Wottingrode no-
 biles viri, Comes Conradus de

Rappenburg, Barchardus
de Emessen, Terhardus de Can-
teloken, Theodoricus de Al-
denborg, Ministeriales quoq;
Lippold de Echerde, Hermannus
Marscalcus, Theodoricus de Do-
tene, Ludolphus de Grevesdorp,
Ditericus de Oberg filius Bern-
hardi, Hildebrandt de Pirthem, Con-
rad de Butthem, Cilarot Mercator,
Hermannus frater suus, Volmarus
filius Hermanni. Facta sunt haec
Anno Dni Incarnationis Mil-
les. Cent. nonages. 1. Ut igitur haec
rata et inconvulsa permaneant,
Sigilli nostri impressione confirmamus

Herr

Henricus D. G. Romanorum Rex,
et semper Augustus, Civibus
Hildesh. universis gratiam et
omne bonum. Cum in solenni
Curia in Franckenvord ex com-
muni consensu Principum
à nobis sit decretum, ut qui-
cumq; seculare iudicium adver-
sus aliquem clericum caerce-
rit, in his, quo sanguinis ju-
dicium requirunt, ante degra-
dationem ab Episcopis faciendam,

prater id, quod in canonem
lata sententia incidit, à quo
prater indultum speciale Do-
mini Papa nequit absolvi,
ca nostra sit sententia pro-
scribendus; Et dilectus Brin-
ceps noster Conradus Hildesh.
Episcopus per suam nobis
querimoniam patefecerit,
quod vos auctoritate pro-
pria clericos temere judi-
cando morti feceritis desti-
nari, in quos degradationis

sententia non processerat;
 vobis auctoritate Regia fir-
 miter precipiendo mandamus,
 quatenus ei et Ecclesie sue,
 in quam deliquistis, prout
 eius gratiam invenire pote-
 ritis, emendetis. Alioquin vos
 in media quadragesima, et
 pro tantis respondeatis
 excessibus, ad nostram pre-
 sentiam, ubicunque fuerimus,
 evocamus. Datum Fran-
 kenordii diebus Febr. MDCX.
 Indict. VII.

fas. - original

Innocentii P. M. Lit. de prote-
ctione Ecclie, personarum
et bonorum Hildesemen.

Innocentius Episcopus servus
servorum Dei dilectis filiis
Capitulo Hildensemensi salu-
tem et apostolicam benedi-
ctionem. Sacrosancta Ro-
mana Ecclesia devotes et
humiles filios ex assueta pie-
tatis officio propensius dili-
gere consuevit, et ne privato-
rum hominum molestiis
agitentur, eos tanquam

pia

pia mater sua protectionis
 munimine confovere. Ea pro-
 pter dilecti in Domino filii
 devotionem, quam erga
 beatum Petrum et nos ipsos
 habere noscimini, attenden-
 tes, Ecclesiam et personas
 vestras cum omnibus bonis
 tam Ecclesiasticis quam
 mundanis, qua in presen-
 tiarum rationabiliter pos-
 sidetis, aut in futurum ju-
 stis modis prestante Domino

poteritis adipisci, sub beati
Petri et nostra protectio,
ne suscipimus. Deurrimus
ergo ut nulli omnino hominum
liceat hanc nostra paginam
protectionis infringere, vel ei
ausu temerario contradicere.
Siquis autem hoc attemptare
presumpserit, indignationem
omnipotentis Dei et beatorum
Petri et Pauli Apostolorum
ejus, se noverit incursum.
Datum Lateran v. Non. May.
Pontif. nostri Anno secundo.

Conradi Ep. Litera immanitatis
 Coel. collegiata S. Andrea

In nomine Sanctae Individuae Trinitatis
 Conradus Dei gratia Hildense,
 mensis Ecclesiae Aelectus et Im-
 perialis Aula Cancellarius. Cum
 generaliter omnibus patrocinium
 nostra provisionis expetenti-
 bus benevolentia nostra affectum,
 quoad possumus, debeamus ac-
 commodare, multo amplius et pro-
 pensius Ecclesiarum, quas tueri
 speciali quadam familiaritate
 debemus, et eorum maxime,
 qui divino cultui et sacris

mancipantur obsequiis, officio
nostre dignitatis id exigente,
profectibus tenemur et utili-
tatibus invigilare, et presenti
cautela futuris in posterum
consulere temporibus ac mali-
gnantibus hominum obviare
ingeniis, ita, ut pura conscien-
tia dicere possimus: Domine
dilexi decorum domus tue et
locum habitationis glorie tue.
Noverit ergo tam presentium
quam futurorum fidelium uni-
versitas, quod Johannes Sancti

An,

Andrea Ecclesia in Hildensem,
Sacerdos, zelo Domus Dei ac-
census, quoddam allodium eidem
Ecclesia perpetuo contulit
ad suos suorumque speciales usus,
quatuor videlicet mansos in
Listringe, cum omnibus atti-
nentis in villa, campis, pra-
tis et nemoribus, compara-
tos à Domino Johanne de
Boppenburg, majoris Curie
Canonico, consentiente ac si-
mul vendente Comite Conrado

Fratre legitimo, suo herede in praesentia bona memoria Bernonis Episcopi, assistentibus Harberto majori proposito, Hilario Decano, Comite Luogero, Bertholdo custode, Rippoldo de Gcherte, Hugone avvocato, Thiderico de Althen, Rothmamo de Hemstide, Doeschalco de Osterroth, Henrico et Lilaro Burgensibus, et aliis quam pluribus tam laicis quam Clericis, liberis ac ministerialibus. Deos praeterea manfos pabulando equo sacerdotis

specialiter ab antiquo attinen-
tes in Wackenpede, sed diu alie-
natos, Bernone Episcopo et
Gerranone Archi-Diacono pro-
moventibus, ab Ulrico mili-
te requisivit ad suos suorum
usus, Decem etiam solidos
ex censu quarundam arearum
provenientes, quos Magi-
ster Sutorum in Festo beati
Martini presentare debet,
jam dictus Berne Episco-
pus pro benedicta Sacerdotis
adjecit, resignatos prius
a Gerharde Hochingo, qui

eos de manu Episcopi iure
feudi tenuit, et novam capel-
lam in honorem sancti Joan-
nis Baptiste dedicatam
ex eis dotavit. Habet pra-
terea Cacerdos ad praben-
dam suam duodecim solidos,
quos illi de Achtem in Festo
sancti Andrea pro sua exem-
ptione solvunt, et duas are-
as ad Orientalem partem
Sanctuarii Ecclesie B. An-
drea et stallum quatuor so-
lidos solventum in foro panis,
et duas areas in veteri villa

Oratorio sancti Walpurgis
pertinentes, et tres mansio-
nes, quas vulgo Hallones
dicunt, in fine sacerdotalis
area et in ipsa area adifi-
catas. Prædicta vero omnia,
et quo in presentiarum ex
jam nominata Ecclesia ha-
bere Sacerdos dignoscitur,
et quicquid ex nostra nostro-
rumque successorum seu quo-
rumlibet fidelium donatione
accesserit, ne presumptiva
alicujus temeritas ad alios
quam ad sacerdotum usus
possit convertere, eidem

Ecclesia confirmamus, et quiete
possidere concedimus, omnique libera-
tate sacerdotem gaudere, qua ab
antecessoribus nostris Episcopis
donatus est. Propter intole-
rabiles autem Advocatorum
insolentias, quibus Ecclesias non
defendere, sed impugnare con-
sueverunt, supra dicta privilegia
et adhuc conquirenda ab omni
jure et onere advocati libera
esse volumus. Quod si forte cau-
sa alicujus forensis necessitas
emerferit ad decimandas sive
prosequendas lites obortas,
unum quem voluerit, vel qui

commodus visus fuerit, Sacerdos non quasi Advocatum sed ut Cooperatorem benevolum advocet, qui si forte minus idoneus ad hoc exequendum extiterit, eo amoto alterum, qui magis ei expediat, eligat. Petimus etiam, ut terminos Parochia sua libere et in omni integritate juris sui possideat, et ut nullus praeter ipsius voluntatem, qui legitimus pastor est, in ipsius Parochia baptizare, visitare, sepelire, et ad alia, quae sui juris sunt, in praerudicium ipsius manum

mittere presumat, servata in
omnibus majoris Ecclesie et
Capituli prerogativa, in visi-
tandis scilicet ac sepeliendis,
qui hoc forte desideraverint,
vocato tamen secum, sicut ha-
ctenus consuetum est, parochiali
Presbytero. Cœmeterio quoque
supra dicta Ecclesie, ubi corpora
Sanctorum requiescant, hanc reve-
rentiam et immunitatem servari,
sicut justum est, volumus, ut nul-
lus in eo foram facere, aut secularia
negotia exercere, vel advocatiam
usurpare audeat. Ut autem

hac

hac nostra traditio omni aeo sub,
 sequente robur formam obtineat,
 oblivionis nebula non obrepit,
 malignandi via malitiis hominum
 non pateat, presentem paginam
 sigilli nostri impressione iussimus
 insigniri, auctoritate Patris omni,
 potentis et Filii et Spiritus Sancti
 et beatorum Apostolorum sub
 anathematis interpositione eam
 confirmantes, districte precipien-
 tes, ut nullus hanc rationabilem
 ordinationem quolibet ausu con-
 vellat, mutet aut minuat.
 Observantibus in Domino

in
 s
 ri,
 is,
 nt,
 a,
 ali
 3
 non
 ve.
 ri,
 al,
 varia
 liam
 r
 lac

Gloria, temere obviantibus sit ana-
thema Maranatha. Testes hujus
sunt Boppo apud Hildensem
in monte S. Mauritii Propositus,
Gilbertus de Ottenburg Propositus,
Burchardus apud Postariam
in monte S. Petri Propositus,
Gerhardus de Ampringe Propo-
situs, Sifridus Ecclesia Magethebur-
gensis Ecclesia Canonicus, Eke-
hardus, Fridericus, Burchardus,
Albertus Canonici Hildensemensis
Ecclesia Majoris, Luthardus, Jo-
hannes, Ecclesia S. Mauritii a-
pud Hildensem Canonici, Benignus

et Magister Herugrus et Herman-
 nus de Northen in Hildensi S. Cru-
 cis Ecclesia Canonici. Et Laici
 Gevehardus Burchgravius de Ma-
 gotheburg, Wernerus de Lichten-
 berg, Ernestus Dapifer Episcopi,
 Sifridus Marscallus Episcopi,
 et alii quam plures. Actum est
 Anno Dominice Incarnationis
 MCXCV. Indictione XIV. presiden-
 te in Domino Conrado, Hildense-
 mensis Ecclesia electo, Imperia-
 lis aula Cancellario, Electionis
 ejus anno Secundo. Data apud
 Wormatiam Nonas Decembr.

Harberti Ep: sit: Foundationis
in Collegiatam Eccl: S: Andreae.

Harbertus Dei gratia Hildesemen-
sis Ecclesie Episcopus. Omnibus
hoc scriptum intuentibus in salutis
auctore salutem. Johanne Fallico
Ecclesie S: Andreae venerabili
sacerdote humiliter postulante,
ad divinum obsequium ampliandum
duodecim canonicos in eadem
Ecclesia de communitate nostri
Capituli institvimus, Donationem
Præbendarum sicut Archi-Dia-
conatum et Plebanatum nobis
et nostris successoribus reti-
nentes. Praepositus, qui et Archi-

Dia

Diaconus, prebendam habebit,
 et ad illam Vicarium sacerdotem,
 qui idoneus sit, instituet. Idem
 vero Vicarius Plebano, qui et
 Decanus, in cura cooperabitur,
 cui Plebanus pro laboribus
 competenti pretio respondebit.
 Decanus, qui et Plebanus, pre-
 bendam et curam sibi positi si-
 cut hactenus habebit, eiq; Sacer-
 dotes canonici, tam in Ecclesia,
 quam extra Ecclesiam, coopera-
 buntur in visitando, sepeliendo,
 baptifando, confessiones audiendo.
 Et de oblatis tam intus, quam

extra, in unum Lazophylacium collectis,
secundum quod Episcopus dispensave-
rit, partem accipient, et Decanus
idoneus instituetur, et qui sit de con-
ventu, eo quod consuetudinem Ecclē-
sia et officii ad ipsum pertinentis
jam sciat. Ab Episcopo curam
Canonicorum à Breposito sive
Archi-Diacono curam Breposito
recipiet, et hac ratione ipse obe-
diat, et sicut hactenus Synodo
Breposito intererit et sententias
dictabit. Liber tamen ab omni
servitio procurationis alicujus
aut exactionis erit. Canonici di-
cretiores Synodo intererunt et

Proposito cooperabuntur, et ei
semper debitam exhibebunt reve-
rentiam et honorem, et ipse simi-
liter eis benignus et cooperator
in suis negotiis et necessitatibus
erit, et ipsos, ubicumq; potuerit,
promovebit. Si quis autem de suo
prebendam instituere voluerit, pra-
ter Deum liberam facultatem
habebit. Canonici vero horas
canonicas et ordinem majoris
Ecclesiae secundum suum modulum
servabunt, et Dominis nostris
erunt propensius obnoxii et
parati, servire in ministerio
majoris Altaris si opus fuerit.

In octo stationibus, quando Eccl^a
alia ad majorem Ecclesiam conve-
niant, quinq; solidos de quatuor
manfis Reperardo de manu obe-
dientiarü in singulis sollempni-
tatibus accipient, sicut decet.

Siquis vero huic nostre institu-
tioni ausus fuerit temere contraire,
Omnipotentis Dei et Beato Ma-
ria et Sancti Andrea ofensionem
et nostre excommunicationis sen-
tentiam se noverit incurrisse.

Actum Anno Domini Millesimo
Ducentesimo III. Calend: Decembri.

Con.

Confirmatio Innocentii
Pape III.

Innocentius Episcopus Ser-
vus servorum Dei. Dile-
ctis Filiis, Proposito et Ca-
nonicis Sancti Andreae Hil-
desimensis salutem et Apo-
stolicam benedictionem. Quod
annuere Sedes Apostolica
piis votis et honestis petentium
precibus favorem benevolum
impertiri. Quia propter, Dilecti
in Domino Filii, Vestris justis
postulationibus grato con-
currentes assensu, ordinatio

nam Ecclesia vestra super institu-
tione Canonorum à Venerabili Fra-
tre nostro Harberto Hildesimensi
Episcopo factam, ad petitionem
Dilecti Filii Johannis Gallici Hilde-
sienfis Canonici, & Prebani ejusdem
Ecclesie, sicut rationabiliter facta
est, et privilegia prædicti Har-
berti venerabilis Fratris nostri
legitime confirmata, ita eandem
auctoritate Apostolica confir-
mamus, et presentis scripti pa-
tronicinio roboramus. Et quem-
cumq; Stebanum esse contigerit
in Ecclesia memorata, Canoni-
cos Sacerdotes ibidem constitutos

ad ampliandum divinum officium,
 si ipsis placuerit, Cooperatores
 habebit. Qui, si proter curam
 animarum ameam sibi noluerit
 subservire, ex tunc idem Plebanus
 ex oblationibus tam intus, quam
 extra in unum Cafophylacium
 collectis, secundum quod Episco-
 pus dispensaverit, et predicti
 Canonici accipient partem suam.
 Vicarius vero, qui a Brapposito
 pro tempore fuerit institutus
 in ordinem sacerdotalem promo-
 tus, Decano sive Plebano in
 cura cooperabitur, cui Plebanus

titu
 tra,
 nsi
 m
 De,
 dem
 cta
 r,
 tri
 m
 fir,
 ga,
 n,
 it
 ni,
 dos

competenti pretio respondebit.
Plebanus, qui et Decanus, praebe-
dam et curam populi, sicut hactenus
habebit, cui canonici exhibebunt
Reverentiam et honorem, et ipse
eis erit benignus Cooperator in suis
negotiiis et agendis. Nulli ergo homi-
num omnino liceat, hanc paginam
nostra Confirmationis infringere,
et ausu temerario contraire. Si
quis autem hoc attemptare pro-
sumpserit, indignationem Omnipoten-
tis Dei et Beatorum Petri et
Pauli Apostolorum se noverit
incursurum. Datum Roma apud
Sanctum Petrum, III. Nonas Maji,
Pontificatus nostri Anno Octavo.

H.

Othonis IV. Imperatoris litera bullata.

In nomine Sanctae Individuae Trinitatis.

Otto divina favente Clementia Romano-
rum Imperator et semper Augustus,
hujus nominis Quartus. Non dubita-
mus, Deo omnipotenti esse acceptum,
quicquid ad sui honoris gloriam
laudemque spectare cernitur, si ea
pro Dignitatis Nostrae Excellentia
promovere studuerimus. Speran-
tes, ab eo nos recepturos aeternam
coronam et vitam, si ei fideliter et
studiose pro impensis beneficiis
gratias debitas retulerimus. In-
de est, quod notum facimus universis,

tam presentibus, quam futuris,
qualiter nos ob aeterna retribu-
tionis intuitum, canonicos in Ec-
clesia Sancti Andrea à fideli no-
stro H. Hildesiensi Episcopo
de novo institutos, et in eadem
civitate positos, sub specialem
Imperialis nostra sublimitatis
protectionem, successorumque
nostrorum recipimus, ob suppli-
cem et postulationem Johannis
Presbyteri Clerici nostri, Pleba-
ni ejusdem Ecclesie, majoris Ecclē-
siae Canonici, qui ipsum locum,
adjuvante Episcopo, plurimum pro

movit. Confirmamus autem aucto-
 ritate nostra Imperialis sublimi-
 tatis eidem Ecclesie, quacunque in
 presentiarum possidet, et quae in
 posterum, concedente Deo, justo
 acquisitionis titulo adipisci poterit.
 Ecclesiam in super ipsam ab Advoca-
 torum jugo liberam esse volumus,
 ita quod nullus Episcopus bonis
 Ecclesie de cetero presumat advoca-
 tum statuere. Quod si fecerit,
 tale factum irritum esse volumus,
 quapropter mandamus sub obten-
 tu gratiae nostrae districte praeci-
 pientes, ut nulli deinceps licitum
 sit, ipsam Ecclesiam et personas

ibidem Deo servientes nullatenus
molestare, aut in bonis suis,
aut in personis. Quod qui attem-
ptare presumpserit, quamquam
tremendi iudicis vindictam, nostra
tamen serenitatis offensam se
non dubitet incursum. Ad cuius
rei perpetuam notitiam pro-
sentem paginam conscribi ius-
simus, et Imperialis Majestatis
nostro sigillo communiri. Hujus
rei testes sunt Conradus Spiren-
sis Episcopus, Imperialis Aula
Cancellarius, Henricus Mantuanus
Episcopus, Imperialis Aula Vicarius,

Dui,

Guilielmus Aquensis Brepositus,
Magister Johannes Marchus
Domus Carimburgensis, Bapriensis,
Imperialis Curia Judices, et
alii quam plures etiam testes.

Datum Brisia Anno Domini,
eo Incarnationis Millesimo
Ducentesimo decimo. Indictione
xiii. Regnante Domino Ottone
Quarto Romanorum Impera-
tore invictissimo, Anno Regni
ejus xii. Imperii primo.

Signum Imperat: (L S)

Honorii Papa III. Confirmatio.

Honorius Episcopus Servus
servorum Dei. Dilectis Filiis,
Decano et Capitulo Ecclesie Sancti
Andree Hildesemenfis, Salutem et
apostolicam benedictionem.

Solet annuere Sedes Apostolica
piis votis, et honestis peten-
tium precibus favorem bene-
volum impertiri. Ea propter,
Dilecti in Domino Filii, vestris
justis precibus inclinati, per-
sonas vestras et Ecclesiam i-
psam, in qua divino estis obsequio

mancipati, cum omnibus bonis,
qua in presentiarum rationa,
bititer possidetis, aut in futu,
rum justis modis, dante Domi,
no, poteritis adipisci, sub bea,
ti Petri et nostra prote,
ctione suscipimus. Specia,
liter autem Decimas, Mansos,
Molendina, Brata et Bos,
sensiones, sicut ea omnia ju,
ste et pacifice possidetis, vobis
et per vos eidem Ecclesia au,
toritate Apostolica confir,
mamus, et presentis scripti
patrocinio communitimus. Nulli

ergo omnino hominum liceat, hanc
paginam nostra protectionis
et Confirmationis infringere,
vel ei ausu temerario contraire.

Siquis autem hoc attemptare
presumpserit, indignationem
Omnipotentis Dei et beatorum
Petri et Pauli Apostolorum
ejus se noverit incursum.

Datum Laterani . xviii. Calend.
Januarii, Pontificatus nostri
Anno secundo.

Gre,

151
Gregorii Ep^{is}. litera.

Gregorius Episcopus Servus servorum
Dei. Dilectis Filiis, Praeposito et
Canonicis Sti Andreae Hildesemensis,
salutem et Apostolicam benedictionem.
Voleat annuere Sedes Apostolica piis
votis, et honestis petentium pre-
cibus favorem benevolum imper-
tiri. Ea propter, Dilecti in Do-
mino Filii, Vifridi Venerabilis
Patris Nostri Moguntinensis
Episcopi, suis literis una cum ve-
stris super vestro gravamine
conquerentis, quod votis à Scho-
lastico majoris Ecclesie supra-
dicta Civitatis et quibusdam

aliis in Scholis vestris contra
Statuta Lateranensis Concilii irro-
gatur, eo quod idem Scholasticus
non permittat in Scholis ve-
stris plus quam quadraginta
Scholares, Scholas frequentantes,
justis postulationibus grato con-
currentes assensu propter Novel-
lam erga Ecclesia vestra plan-
tationem ad divinum officium
ampliandum secundum constitu-
tionem Concilii supradicti jus
et consuetudinem aliarum Ecclē-
siarum super colligendis Scho-
laribus quibuscumque indigenis seu
alienigenis Scholas vestras

152
Frequentare volentibus vobis pla-
ne concedimus, et concessionem hanc
auctoritate apostolica confirma-
mus, et presentis scripti patro-
cinio roboramus, volentes ne su-
per concessionem hac aliquis vos
perturbet. Nulli ergo hominum
omnino liceat, hanc paginam No-
stre Confirmationis infringere, vel
ausu temerario contraire. Si quis
autem hoc attemptare presumpse-
rit indignationem Omnipotentis Dei
et Beatorum Petri et Pauli Apo-
stolorum se noverit incursum.
Datum Roma apud S. Petrum,
Quinto nonas Maji, Pontifica-
tus nostri Anno Secundo.

Othonis IV. Imp: Rom: lit.
super possessionibus et Ju-
ribus Ecc: Hilden:

Ego Otto Dei gratia Roman: Im-
perator et semper Augustus.
Omnibus ad quos haec litera
pervenerint in presenti gra-
tiam in futuro gloriam. Ad
cautelam futuri temporis o-
mnibus esse notum volumus,
quod quascumq; possessiones vel
jura Ecclesia Hildensem-
sis nos vel antecessores no-
stri injuste usurpavimus,
eis renunciamus, et Ecclesia
cum integritate restituimus.

Quod

Quod autem suprema voluntas
 nostra effectui mancipetur,
 presentem paginam sigilli nostri
 impressione signavimus. Testes
 autem sunt Siffridus Episcopus,
 Hildenesemensis, Conradus Decanus,
 Conradus Cantor, Conradus Schola-
 sticus, Henricus de Tossem, Bar-
 toldus canonicus sancti Mauriti,
 Magister Marvilius canonicus san-
 ctae Crucis, Florinus canonicus
 sancti Blasii in Brunshwig, Gern-
 hardus subcustos, Amrosius
 Plebanus de Vranckeneberge,
 Ludolphus Notarius Episcopi,
 Magister Gafridus. Datum
 Hartsburch XV. Kalendas Junii.

† Sifridus Dei gratia Hilden: Epi,
scopus. Notum esse cupimus
tam presentibus quam futuris
Christi fidelibus presentem pa-
ginam scientibus, quod Rudol-
fus Monachus Sti Godehar-
di in civitate nostra, accedente
licentia et consensu Abbatis Hein-
rici, tum ex rebus cujusdam
sororis sua et filii ipsius
defunctorum, tum etiam ex
propriis laboribus, tres mansus
in loco, qui Ludotfiggevelt dicitur,
Ecclesie predictae à vidua qua-
dam Berta nomine et III. filiis

Godofrido, Wilhelmo, Johanne,
 Henrico, et filiabus Magtilde
 L. M. acquisivit, qui videlicet
 et omnes eadem nobis resigna-
 verunt, nosq; illa memorata
 Eccto sancti Godehardi in per-
 petuum possidenda contra-
 didimus. Ne quis hominum tam
 rationabili instituto ausu teme-
 rario contraire valeat, sub
 interminatione Anathematis
 prohibemus. Quod ne cuive-
 niat in dubium, presenti in-
 strumento inde confecto, a p-
 positisq; sigillis nostro videlicet
 et memorati St. Abbatis, te-

stibus, qui actioni interfuerunt,
infra notatis, sepe notatam Ecclē,
siam muniendam duarimus. Acces-
sit et consensus Volckhardi Abba-
tis, qui profata ordinatione via
expleta in Monasterio predicto
electus et à nobis ordinatus fuit.
Acta sunt hæc anno Dni M. CC.
xviii. Indict. iiii. Anno Ordina-
tionis nostre ii. Testes Bertol-
dus Presbyter Can. S. Mauritii.
Conradus de Huxaria. Rodol-
fus de Mandere. Henricus
de Gren. Bertoldus de Holle.
Heriboldus de Drismenstide.
Ludolfus Camerarius. Hardwigus
de

De veteriforo. Retherus et alii
 quam plures. Hi etiam de pro,
 dicta villa memorato contra,
 ctui affuerunt Conradus, Conra,
 dus. Menfo. Ricbertus. Bur,
 chardus. Stupertus. Heinricus
 filius ejus. Johannes molendina,
 rius. Johannes Spilleber. Jo,
 hannes. Johannes Buman. Her,
 lewinus. Thidericus. Herewi,
 gus. Godescalous. Herman,
 nus fratres.

vestram affligere non cessent.
Verum, quia salutem vestram de jure
consulere tenemur, auctoritate
Dei et nostra, hanc gratiam in-
dulgemus, ut scilicet: quomodo per
pecuniam vestram Advocatos
ab Advocatiis removere poterit-
tis, et bona vestra ab eorum
exactionibus injustis liberare,
liberam vobis inde potestatem
concedimus et donavimus, et
hoc ratum et firmum habentes,
inviolabiliter vobis et Ecclesie
Hildeshem: semper curabimus
observari. Datum Herbipoli
in solempni curia XVII. Cal.
Feb.

In nomine Sanctae Individuae
Trinitatis. Conradus Dei
gratia Eps. Hildensem. Ecclesie,
universis Christi fidelibus praesentibus
literas inspecturis salutem
in Dno Ihesu Christo.

Cum ea quae fiunt in tempore
labantur cum tempore, expedit,
ut quae geruntur in scripta publi-
ca redigantur. Hinc est, quod
notum esse volumus tam pro-
steris quam presentibus, quod
dilecti nobis in Christo Volkmar-
dus Abbas et Conventus Sti Go-

deh,

de hardi Hildens: à Henrico mi-
 lite, qui dicitur Hysce, tres man-
 sos de suo justo patrimonio,
 sitos in villa Blethenem sexa-
 ginta Marcis, emptionis titulo
 comparaverunt in perpetuum
 libere possidendos omnibus he-
 redibus suis tunc existentibus,
 Berta videlicet uxore sua et
 duobus filiis suis Wolfardo
 et Henrico Hysce, et tribus
 filiabus Petronilla. Adelhei-
 de et Hilleburge, cum pleno
 consensu, integram adentibus
 et spontaneam voluntatem.

e.
 .
 lia,
 ra,
 u,
 o.
 ore
 dit,
 su
 100
 ,
 10
 r,
 10
 eh,

Ne igitur hanc venditionem praefati militis, publice celebratam coram nobis, aut oblivio deleat, aut importunitas ingenii mali, quantis infringat, nos super hoc scriptum nostrum inde confectum conventui dedimus iam praedicto, et illud cum eorum nominibus, qui venditioni cum fieret affuerunt, sigilli nostri firmavimus munimento. Nomina testium sunt Propositus Johannes, Marcus, Conradus Propositus S. e. Mauriti montis. Henricus de Tossem, Can. Layci sunt hi:

Hugo de Insula Lippoldus de
 Escherte. Ludolfus Camerarius.
 Ernestus Papifer. Conradus
 Marscalcus. Everhardus de
 Borsen. Thidericus de Rötlin,
 gen. Johannes et Bernwardus
 de Kemme. Lippoldus de St. P.,
 de Harde. Sifridus de Bernigeroth
 milites. Volmarus dives. Hen-
 ricus acco. Helmoldus. Sifri-
 dus mortificator. Bertramus
 de Domo, et alii quam plures.
 Actum Anno Dni M. CC. XX.
 Sexto Idus Junii. Pontifica-
 tus nostri anno primo.

Friedericus Dei Gratia Romanorum Imperator semper Augustus, Jerusalem et Sicilia Rex. Per presens scriptum notum facimus universis Imperii fidelibus. Cum magna sint merita fidei venerabilis Hildesem. Epi, dilecti principis nostri, in conspectu nostro, tanto magis idem Epus specialiter debet prerogativa gaudere et a nobis grata premia reportare, quanto majori stabilitate praeminet fides ejus, maxime cum ab ipso non nisi
gra,

gratum et fidele servitium re-
 colamus omni tempore recepisse.
 Et idcirco sibi gratiam specia-
 lem volentes facere, damus
 licentiam sibi plenam,
 ut advocatias in feudatas
 tam ipse quam Ecclesia
 sua licite redimere possit
 ac emere, vel alio modo, si
 cut potuerit, melius valeat
 revocare vel adipisci justitia
 mediante, auctoritate pro-
 sentis scripti districte pro-
 cipientes, quantumvis nullus

1
sit ausus, qui praedito Episcopo
pro dilecto Principi nostro
vel suis successoribus aut Ecclē-
siae suae super hoc impedimen-
tum vel contrarietatem oppo-
nat, sicut confidit, de nostra
gratia e Majestatis. Datum
apud Parmam. Anno Dni
Incarnationis e Millesimo Du-
centesimo vicesimo sexto, men-
se Junii, xiv. Indict.

Fridericus Dei gratia Romanorum
Imperator semper Augustus, Ieru-
salem et Sicilia Rex. Per presens
scriptum notum facimus univer-
sis fidelibus nostris per imperium
constitutis, tam presentibus quam
futuris, quod nos attendentes fidei
magna constantiam Conradi Vener.
Hildesh. Epi, dilecti Principis
nostri, quam multiplicem immo
efficaciter in nostris servitiis et
honoribus jam saepius sumus ex-
perti. Considerantes etiam ma-
gna et grata servitia ejus, quae
quotidie nostra celsitudini exhibe-
re non cessat, cum tanta et ta,

lia sint apud nos merita perso-
na sua, ut non solum idem
Eps. immo ejus Eccl^a & p^optus
cum beneficia liberalitatis
nostra Magnificentis mereatur,
concedimus eidem Hildesheimen-
Epo, Ecclesia sua et ejus
successoribus, in perpetuum,
ut sive eodem Episcopo sive
suis successoribus decedenti-
bus, ne nos nec aliquis succes-
soram nostrorum Romanorum
Imperatorum vel Regum,
aut aliquis nomine et auctori-
ta

tate nostra vel successorum
nostrorum bona mobilia et
utensilia domus Hildesh. Epi.,
scopi rapere vel auferre pro-
sumat, sed omnia integra ma-
neant et quieta ad opus Epi.,
scopi succedentis, maxime cum
in quibusdam literis nostris
contineatur expressè, quod
hujusmodi consuetudinem pra-
vam penitus abolentes, mini-
sterialibus et officialibus praedi-
ctae Ecclesiae Hildesh. apud quos
inoleverat consuetudo praedicta,

perpetuo duarum inhibendum,
ne aliquis eorum presumeret de
cetero de rebus cujuslibet deceden-
tis Epi Ecclie memorata capere
vel tangere violenter. Adhujus igi-
tur nostra concessionis memoriam
et robar perpetuo valiturum, pro-
sens scriptum fieri, et sigillo Ma-
jestatis nostre jussimus commu-
niri. Datum apud Burgum san-
cti Domini. Anno Dni incarnationis
Millesimo Ducentesimo
vicesimo sexto mense Julii, qua-
rto Decimo Indictionis.

In nomine Sancto et Indivi-
duo Trinitatis. Conradus Hil-
densemensis Eps. omnibus Chri-
sti fidelibus, in vero salutari
salutem. Quia rerum verita-
ti saepe contingit, per igno-
rantiam hominum vel malitiam
derogari. Nos qui iubemur di-
ligere veritatem et justitiam
ad tollenda dubitationis suffra-
gium id quod actum est coram
nobis in scripturam auten-
ticam duximus redigendum.
Notum igitur sit omnibus Christi

fidelibus presentem paginam
inspecturis, quod Cono miles de
Wethe L. Marciis acceptis à
monasterio Sti Godehardi III.
manfos in iam dicta villa sitos,
quos à nobis in fædo tenuit, in
manus nostras resignavit, quos
nos pro remedio anime nostre
eidem monasterio contulimus, ra-
tum ac firmum habentes, quod
ex pio eorum proposito et le-
gitima conventionem, de eisdem
bonis fuerat ordinatum. Con-
sensit a. in hunc modum paterna

re

resignationis et formam nostra
donationis, Hartmannus filius
Cononis et filia eius Hermen,
trudis et Jutta, quae de eadem
pecunia nuptui sunt tradita,
et nunquam se praedicta bona
repetere presumunt contra mo-
nasterium audienda. Ne a. tam
legitima monasterii et Cononis
conventio, et nostra ex ea se-
cuta donatio cujusquam teme-
ritate possit in posterum irri-
tari, nos ipsorum pactum et
nostra liberalitatis factum in
scripturam fecimus redigi,

et sigilli nostri munimine robo-
rari, bonis supra dictis etiam
in plenaria Synodo sub Banno
protectionis Ecclesiastica com-
prehensis. Testes, Conradus ma-
jor Decanus, Burchardus Prae-
positus, Johannes Praepositus
Magister Johannes de Monte, Ma-
gister Conradus de Postaria. Hugo
Praepositus S^{te} Crucis, Bertol-
dus de Tossem, Magister Meyn-
hardus, Cayci, Sifridus comes, Hu-
go de Insula, Luppoldus de E-
schert, Sifridus de Lutenberg,
Ludolfus Camerarius. Conradus
Marscalcus. Thidericus de Frossem,

Thidericus de Rothigge, Johannes
 et Bernwardus fratres de Kemme.
 Wanduigus, Herbordus de Drismensti,
 de, Wipertus de Vimmenem. Odelri,
 cus et Conradus et Sifridus de Bering,
 geroth. Ernestus de Mickenstide. Eg,
 gelbertus de Dalem, Luppoldus de S.
 Godehardo. Mezenwardus de Bruilone.
 Luderus et Meinhardus fratres, Ar,
 thus de Borselem et Everhardus Bur,
 chardus et Bodo de Saldere. Vol,
 marus. Sifridus. Joseph. Helmol,
 dus. Acco burgenfes, et alii quam
 plures. Actum anno incarnatio,
 nis Dni M^o CC^o XXVII^o. In,
 dictione XV. II. Nonas Junii.
 Pontificatus nostri anno VII^o.

Conradus Dei gratia Hilden-
 semensis Episcopus, ad cautelam
 futuri temporis notum omnibus
 esse volumus, quod nos de con-
 sensu et voluntate Conradi
 plebani S^{ti} Andreae Civitatis no-
 stroe, quandam particulam pa-
 rochie ejusdem super lapides
 et in antiquo foro sitam, qua
 protenditur a Valva B. Pauli
 usq; ad pontem lapideum et deinceps
 ea latere usq; ad terminos paro-
 chie S^{ti} Lamberti, Camoes S^{ti}
 Johannis ad Hospitale contulimus,
 ut

ut in omnibus eorundem fidelium
 curam habeant, et sollicitudinem
 in spiritualibus, et in hujus san-
 cti memoriam dicto plebano
 et suis successoribus prefati
 Canonici tres Stallas in foro no-
 stro Civitatis sitas annuatim
 sex solidos liberaliter assignarunt.
 Item etiam propter notitiam
 terminorum Parochie sue
 semper habendum hoc ius sibi
 et suis successoribus in locis
 predictis duxit servandum,
 ut in circuitu, quo singulis
 annis post Pascha ibidem

fieri consuevit, reliquia Beati
Andree cum reliquis Beato
et gloriosa Virginis Maria
secundum consuetudinem depor-
tentur, et cum reverentia be-
nigne suscipiantur, et cum de-
votione sicut decet ab omnibus
honorentur. Hujus rei testes
sunt Thetmarus Abbas Sti
Michael, et Goderhalcus
ejusdem Ecclesie Propositus,
Hugo P^{re} Crucis Propositus,
Hemmericus de Perssem Ma-
gister, et Johannes Sti Andree
Canonici. Laici vero Ludolphus

Camerarius, Conradus Marschalcus,
Bertoldus de Holle, Geroto Came-
rarius, Henricus Camerarius,
et alii quam plures. Ut ergo
ea, quae à nobis sunt ratio-
nabiliter ordinata, tractu tem-
poris nulli veniant in dubium,
presentem paginam eainde con-
scriptam sigilli nostri impres-
sione duimus munendam. A.
ctum apud Sanctum Michaelem
in Hildenshem, Anno Dni Mill.
Ducentesimo tricesimo primo.
VI. Non. Octobris, Pontifi-
catus nostri Anno undecimo.

Friedericus Dei gratia Romanorum Imperator et semper Augustus, dilecto fideli suo B. Hildesh. Epo totiq; Cero in beneficatum ministerialibus ac ceteris universis per Episcopatum Hildesh. constitutis gratiam suam et omne bonum. Cum Imperatoria nostra Serenitatis hoc potissimum deceat magnitudinem, ut universis in Imperio nostro commorantibus, ut dignum est, providendum, suamq; unicuiq; justitiam

aqui

aequilibriter conservemus, maxime
 tamen sollicitudinem hanc sacrosan-
 ctis Dei impertiri videmur Ecclye,
 praesertim sancta Eccle Hildesh:
 qua ab ipso sua foundationis exor-
 ticio nostro cognoscitur Imperio
 fideliosima semper existisse.

Quae igitur, ut audivimus, eadem
 Hildesh. Eccle violenta Advococa-
 torum importunitate gravi-
 ter molestatur, in tantum,
 ut morientium et reliquas
 sibi vendicent Sacerdotum,
 hanc tantam Advocatorum

illorum tanquam reverentiam
presumptionem Imperatoria
Majestatis nostra benignitati
profus displicere noveritis.

Volumus enim, sicut justum est,
et universis Imperii nostrisq;
Principibus, sane Deum
timentibus, complacere dignosci;
tur, ut Sancta Dei Ecclesia
ac persona Ecclesiastica, quem
admodum à gloriosissimis
prodecessoribus nostris Im-
peratoribus sancitum est,
libera gaudeant immunitate.

Quapropter, o Venerabilis Epi-
scopo, tua discretioni presen-
tibus literis studiose injungimus,
quantumvis ad observandum
talibus antiqua morem insti-
tutionis animum omni modo
adhibeas vigilantia, ita ut dece-
rentibus personis aliquibus
Ecclesiasticis, maxime Sacerdo-
tibus nullum Advocatorum aut
secularium personarum aliquam
defuncti suppellectilem, vel ali-
quid eorum, quo dereliquit, diri-
pere patiaris, quin potius

ad tuam vel Ecclesiasticarum per-
sonarum, quarum id officii interest,
dispositionem omnium pertinere
facias. Si vero fundus Eccl^e
ad persona dominium spectat,
ipsa suppellex secundum pristina
consuetudinis observationem in
tres portiones dividatur, quarum
prima Eccl^e, secunda parentibus,
tertia dicto fundo Eccl^e consigne-
tur, nullam vero Advocati por-
tionem in his constituimus.
Omnia vero hæc, ut secundum
quod supra statuimus, rata omni

no et inconuulsa permanant,
 nullusq; contra hac aliquid ma,
 chinari praesumat, Imperialis
 auctoritatis nostra iussioni de,
 cernimus. Tibiq; o Episcopo,
 ut ad huius statuti perennem
 stabilitatem toto nisu omnib;
 conamine tuo discretionis
 animum diligenter impendeas,
 firmissime praecipimus.

F.

(1233)

Fridericus Dei gratia Romano,
rum Imperator semper Augustus,
Hierusalem et Sicilia Rex, Bra-
posito, Decano, totiq; Capitulo
majoris Hildesemen. Eccle-
fidelibus suis, gratiam suam
et omne bonum. Constitutus
in presentia Majestatis no-
stra C. Venerabilis Hildesemen.
Epo. dilectus Princeps noster,
nostra Celsitudini supplicavit,
quatenus emptionem, factam
à vobis ad opus Eccle. vestra
justo titulo quarundam Advoca-
ca

catiarum ab Hermanno et Hen-
 rico fratribus de Woldeberg,
 et à Ludigero de Indagine, et
 à quibuscumq; aliis, qui eandem
 Advocatias ab eadem vestra
 Eccle tenuerunt, vel si quam
 emptionem in antea fieri con-
 tingerit, ab his qui similiter
 Advocatias ipsas ab eadem Eccle
 tenent, ratam habere de nostra
 gratia dignaremur. Nos a. i.
 prius dilecti Principis nostri,
 cujus sincera devotio et grata
 servitia nostro culmini grata

resident et accepta, supplica-
tionibus inclinati, emptionem
ipsam prædictarum Advocacia-
rum, sicut à prefatis fratri-
bus Hermanno et Henrico,
et à Ludigero Indagine, et
à quibuscumq; aliis, qui
ipsas à prænominata Ec-
clesia tenuerunt; justo et
rationabiliter noscitur es-
se facta, vel in antea fieri
contigerit, ab his, qui di-
ctas Advocacias à præ-
no-

no,

nominata Ecclesia tenent,
 ratam et firmam habemus
 de nostra gratia et Majesta-
 tis. Ad hujus itaq; ratifica-
 tionis memoriam praesentis
 literas inde fieri, et
 nostra Majestatis sigillo
 jussimus communiri. Datum
 Maguntiae vicesimo tertio
 Augusti, VIII. Indict.

Conradus Dei gratia Hildensis
Eccle Eps. omnibus presentes
litteras inspecturis salutem
in nomine Jesu Christo. Quia
de prateritis negotiis non sine
damno erroris posteritas
multoties dubitat, capedit,
ut compendio alicujus scrip-
turae veritas rei gesta po-
steris m. innotescat. Notum
sit igitur omnibus tam poste-
ris quam presentibus, quod
Sifridus filius Leonardi, et

Watterus filius sororis sua,
et Mechtildis viduae de Goslar,
et filii ejus scilicet Rodolfus et
Reinerus, receptis C. Marcis
examinati argenti à sorori-
bus S. Mariae Magdal. in
Francenberg duas curtes
in Mechtegeshusen cum IX.
mansis et s^{ma}s eorundem, ac
molendinum et VI. areas in
earum villa cum decimis ear-
um, quo omnia de proprio-
tate Ecclie nostre à Basilio
de Wenethusen et à Fancelino

de Hosterröche fratribus tenuerunt in phecdo, eisdem militibus resignarunt, qui postmodum acceptis XXIV. Marcis à prædictis sororibus resignaverunt nobis phecdu[m] omnium prædictorum. Nos igitur eadem bona ab utroque gradu et ordine Vasallorum plenius expedita et nobis sine questione vacantia præfatis sororibus contulimus in titulum perpetui beneficii, firmam spem fiduciamque tenentes, quod preces earum et merita nobis in subsidium vite æternæ debeant suffragari. Et ut
Ja.

factum nostrum evidens sit et firmum,
 praesens scriptum sigillo nostro appo-
 sito duarum muniendum. Testes
 hujus sunt: Dn. Johannes Cellerarius
 Hildensem. Reinardus Scholasticus,
 Hermannus et Jordanus Clerici no-
 stri, Aquinus et Henricus fratres
 de monte lapideo, Thidericus et Hugo
 fratres de Hotthusen, Henricus
 Pincerna, Johannes de Lutheren,
 Hermannus sen. de Hustaria, son-
 radus et Gudolfus fratres de
 Helvede, et alii quam plures,
 Acta sunt haec Wintzenborg anno
 gratiae M^o. CC^o. XLIII^o. VII^o.
 Kalend. Maji. Pontificatus no-
 stri Anno XXII^o.

In nomine Sancto et individua Tri-
 nitatis. Conradus Dei gratia Hilden-
 semensis Ecclesia Episcopus. Quia
 in brevi tempore humana labitur
 et transit memoria, Ad circo de hijs
 qua coram nobis aguntur, ne obli-
 vione intercidant, publica fieri pe-
 mittimus instrumenta. Ad notitiam
 itaq; futurorum cupimus perve-
 nire, quod Dnus Conradus de
 Ganderheim miles, heredum suo-
 rum Conradi et Irite et Lispoldi
 voluntarium habens consensum,
 dimidiam decimam in Bornem,

quam à nobis in feudo tenuit, **XX.**
 libris receptis ab Ecclesia **Sti Go,**
Dehardi in Hildensem ejusq; Abbate
Ludoldo in nostras manus iurata vil,
 lam **Bethner** cum heredibus iam
 expressis coram viris idoneis tam
 secularibus quam ecclesiasticis, **Dno**
Reinoldo majore praeposito, **Hen,**
rico de Tossem praeposito, **Al,**
berto de Ewertene, **Theodorico de**
Adenoy, **Meinhardo** Scolastico, **Wern,**
hero de Bortfelde, **Heinrico de Scal,**
Kenberge militibus, **Engelberto de Da,**
lem, **Ludolfo** Camerario, **Sifrido** de
Lutenberch et filio ejus **Sifrido,** &c.

quino et Henrico de monte lapideo,
et coram toto clero in generali no-
stra Synodo libere resignavit.
Nos vero resignatione facta,
pro Deo et anima nostra re-
medio, favore etiam religionis
et obtentu singularis erga nos
devotionis iam dicto contulimus
capitulo, in perpetuum ei bene-
ficiam assignando.

Cum merito debeamus honorem
domus Domini diligenter immo
et ipsam quantum possumus
in diebus nostris beneficiorum

do.

Donationibus exattare, congruum
videtur, ea, quae à nobis aguntur,
scripto firmare. Notum er-
go sit, quod Camerarius cum
filio suo et ceteris heredibus
XIII. talenta ab Ecclesia beati
Godehardi receptis, ejusq; Abbate
Ludoldo Advocatiam et aream
in plathea S^{ti} Godehardi usq;
super rivum qui proterfluit
valvam urbis, quam à nobis
in feudo tenuit, in manus no-
stras presentibus viris hono-
rabilibus Abbate S^{ti} Michaelis

Thetmaro, Proposito majore Rei,
noldo, Proposito montis Con,
rado, Proposito S^{te} crucis
Hugone, et aliis quam pluribus
libere resignavit. Nos vero
iam dictam Advocatiam cum
rebus suis ob reverentiam
Dei et be Richardi presen,
tibus et testantibus Ernesto
et Hermanno de Uslere, Conra,
do Marscalco, Sifrido de Ruten,
berge, Henrico de Majomonte,
Hillebrando de Drismenstide,
et aliis quam pluribus, dicta

contulimus Ecclesie in perpetu-
um ei beneficium assignando.

Ad cautelam futuri temporis
non incongruum nobis visum
est scripto roborare, quod à
nobis De Ecclesiastica bene-
ficia fuit ordinatum. Itaque
ad notitiam perveniat futu-
rorum, quod Theodoricus
de Astenbeke cum heredibus
suis, matre sua scilicet et sorore
xxxx libris ab Ecclesia Sti
Doehardi ejus quod Abate Ruoldo
receptis medietatem molendini

VIII. sol. annuatim solventem, quod
est situm in Astenstide et VI. ju-
gera ibidem sita, coram Capitulo
majoris Ecclesie in manus nostras
libere resignavit. Nos igitur cum
ea, que à nobis in feudo tenuerat,
resignasset, ob reverentiam Dei
et dilecti patroni nostri Godcha-
di, presentibus et testantibus
majore preposito Reinoldo,
Preposito montis Conrado,
Preposito S^{te} Crucis Hugone,
Herwico Decano, Meinhardo
Scolastico. Preposito Alberto,
Sig.

Sigbødone de Godenstene, plerisq
 majoris eccle Canonicois. Mili
tibus, Basilio de Escherte, Gu
 dolfo de Borsum. Conrado Mar
 scalco. Thiderico de Tossem.
 Henrico de Bledhenem, et aliis
 quam pluribus, sua contulimus
 Ecclesia, quatenus a p̄d ipsam
 nostri memoria haberetur, in
 perpetuum ei beneficium assi
 gnando.

Quia hominum memoria brevis
 est et transitoria, quod à
 nobis ordinatur, scripto non

quod
 ju,
 tulo
 tras
 um
 und
 Sei
 eha
 us
 ,
 do,
 ne,
 do
 rto,
 Sig

immerito commendatur. Sciat ergo
tam presentium quam futurorum
pia devotio, quod Hippoldus et
Thidericus de Eckerthe XIII. talenta
ab Ecclesia Sti Sti Godehardi
eiusq; Abbate Ludoldo receptis
mansum unum in Siveglete si,
tum in manus nostras coram
majoris Eccle Capitulo resi,
gnarunt. Post hanc itaq;
resignationem proprietatem
eius dilecto nobis in Christo
Sancti Godehardi contulimus
Capitulo, in perpetuum ei bene
ficium assignando. Testes a.

sunt Ludolfus de Gramme, Ludol-
 fus de Harebolderssem. Con-
 radus de Sutherem. Thierlagus
 de Lohbete. Hippoldus de Fos-
 laria. Ludolfus de Borssem.
 Hac a. et alia bona, quo Eccla-
 ste Godehardi diebus no-
 stris conquisivit, auctoritate
 beatorum Apostolorum Pe-
 tri et Pauli confirmamus
 et nostra. Datum Hilden.
 Non. Marcii. Anno Dni M.
 cc. XLIII. Pontificatus
 nostri anno XXIII.

Conradus Dei gratia Hilden,
 selen. Ecce Episcopus omni-
 bus Christi fidelibus presens
 scriptum audituris salutem
 in Domino. Ut major fides
 adhibeatur negotiis gestis, ex-
 pediat aliquotiens scripturam
 fieri, qua contineat testimo-
 nium veritatis. Presentibus
 igitur litteris, sigillo et titulo no-
 stri nominis insignitis, tam po-
 steris quam presentibus, ut
 fidem veritas habeat, ducimus
 declarandum, quod Ludolphus
 de

De Gramme ministerialis noster
 Sexaginta libras Hildens. dena,
 riorum una minus à dilecto
 nobis Abbate et conventu San-
 cti Godehardi in Hilden. acce-
 pit, pro quibus ipse cum u-
 xore ejus Dangebergi et filiis
 utriusq; videlicet Lioto, Bur-
 chardo, Hugone, nec non filia-
 bus, Adhela, Dangebergi, tres
 mansos sitos in Bleckenem,
 quos à nobis tenuit in phae-
 do, in nostras manus pu-
 blice resignavit, et nos post,

modum eadem bona predicto con-
ventui ad utilitatem et consola-
tionem temporalem contulimus,
ut ea hoc nobis meritum apud
Deum, et memoriam apud Eccle-
siam, cum orationum parti-
cipio faceremus. Testes
hujus rei sunt Johannes
custos Hildens. Jordan
notarius noster. Engelber-
tus Capellanus noster, Co-
mes L. de Halremunt, Co-
Marscalcus, H. de Lapideo
monte, Ekbertus Cincke,

Hermannus et Bertramus
 et Albertus fratres de Wul-
 vinge, Bertoldus de Bilo,
 Hermannus de Stenne, Con-
 radus de Mandere, Ludolphus
 de Wvinkhusen, Pivelerus de
 Sernhusen, J. et Bertramus
 Camerarii, et alii quam plures.
 Actum in Capella Poppen-
 burg. Ao. gratie M. CC.
 XLVI. III. Kal. Octobris, Pon-
 tificatus nostri Ao. XXVI.º.

Conradus Dei gratia Hil-
 densis. Eps. Quoniam adeo
 crescit malitia humana con-
 ditionis, et ad malum prona
 est potius quam ad bonum,
 qua salubriter et bene acta
 sunt, ne imposterum aliqua
 retractari valeant et mutari,
 scriptura debent munimine
 commendari, et testimonio
 confirmari. Notum igitur
 sit omnibus tam presen-
 tibus quam futuris, quod
 cum Decima in majori Nowen-

nobis vacaret ex resignatione Co-
 mitum Hermanni et Henrici fratrum
 de Woldenberch, qui eam à nobis
 in p̄hedo tenuerunt, nos ipsam
 pro remedio anima nostra con-
 tulimus sororibus poeniten-
 tibus apud Goslariam in Fran-
 cenberg cum omni jure, quod
 Decimarum possessores sibi
 possunt in Decimis vindicare.
 Ut itaq; ex nulla temporis lon-
 ginitate huic liberalitatis no-
 stro beneficio possit impedi-
 mentum aliquod provenire,
 presens scriptum de hoc
 confictum et sigillo nostro

Quaerimus roborandum, et per-
petuis ratum esse temporibus
per auctoritatem Apostolorum
Petri et Pauli et omnium
Episcoporum, et nostram,
mandamus et precipimus omni
violentiam et omnem dolum ab
eisdem bonis sive Decima eadem
auctoritate sub interminatione
Anathematis repellentes. Te-
stes hujus rei sunt: Reinoldus
Abbas major, Conradus
Abbas montis, Johan-
nus Cellerarius Abbas
Alsburch, Meinardus Schola-
sticus, Sigebodo de Scartwede,

M. Johannes Volcmari, Hei,
 denricus canon. S. Crucis, Al,
 bertus de monte Sereno, Da,
 niel et Godofridus Canonici
 S. Andrea, Conradus Pleba,
 nus de Honhamelen Clerici.
 Ludolphus de Hartemunt, A,
 dolphus de Paste, Henricus
 jan: de Stadem, Comites. Ber,
 tholdus de Homburg, Her,
 mammus de Usaria, nobiles.
 Bertoldus Advocatus, Sifri,
 dus de Rutenberch, Ludolphus
 Camerarius, Conradus Marchalvus,
 Hugo de Inwala, Ludolphus

de Dalem, Henricus et Schwinus
fratres de Steinberch, Hugo de
Wolthusen, Ludolphus de Se,
Tede, Sifridus de Tulica, Otber,
tus de Trovali, Otbertus jun:
de Treden, milites, et alii quam
plures. Acta sunt haec prope
villam Hasen in placito. Anno
Dni M^o CC^o XL^o VI^o Id^o Maj^o
Pontificatus nostri anno
XXVI^o.

Hen.

Henrici Ep: et Capituli Hildes:
 Privilegium Burgen,
 sibus in Hildensem colla-
 tum, jus muniendi urbem
 concernens.

Henricus Dei Gratia Hildense,
 mensis Ecclesia Episcopus,
 Reinoldus Praepositus, Ger-
 wicus Decanus, Meinardus
 Scholasticus, totumque e jus-
 dem Ecclesia Capitulum, omni-
 bus, quibus hoc scriptum
 fuerit exhibitum, Salutem
 in Domino. Notum esse
 volumus, quod nos propter
 plures favores Nobis et Eccl^{ie},

1
fio nostra exhibitos ab univer-
sitate Burgensium Hildensem-
ium qui tempore Guerra no-
bis et Ecclesia nostra fideliter
et viriliter adhaerunt, et pro-
pter graves expensas et labores,
quos faciunt et fecerunt in cu-
stodiis et munitionibus urbis,
de communi consensu damus
eisdem Burgensibus plenam
et liberam potestatem mu-
niendi valvam urbis, quo Mo-
nasterium Sancti Johannis
respicit, et totum murum
cum via in circuitu urbis,
ita videlicet, quod ipsam valvam

claudendi, aperiendi et custodien-
 di die et nocte, sicut unam de
 valvis sue civitatis, liberam
 habeant potestatem. Insuper
 eadem ipsis potestatem mino-
 res portas urbis, quo cum
 periculo sunt aperte, per-
 petuo obstruendi. Ne igitur
 super hoc facto in posterum du-
 bitari contingat, praesens scri-
 ptum eis damus sigillorum
 nostrorum munimine robo-
 ratum. Datum Hildensem.
 Anno Domini M. CC. XLIX.
 decimo Calendas Augusti.

Approbatio venditionis
duorum mansorum in Pölyfu.

H. Dei gratia Hildensemensis
Episcopus, universis Christi fide-
libus presentes literas audituris
salutem in Domino Iesu Christo.

Testimonio presentium pro-
fitemur, quod Decanus et Capitu-
lum Ecclesie montis sancti
Mauritii duos mansos sitos
in minori Pölyfu sua Eccle-
sie pertinentes de consensu
nostro Abbati et Conven-
tui in Rodageshusen vende-
runt. Volamus a. ne dicta
Ecclesia de venditione hujus,

modi aliquod sustineat
 Detrimentum, ut alia
 bona in restaurum de
 pretio venditionis hujus
 comparentur, in usus
 Ecclesie convertenda. Pa-
 tum Hildensem 4. Idus
 Aprilis. Anno gratie Mil-
 lesimo, Ducentesimo quin-
 quagesimo primo.

Hugonis Card: Nuncii Apost: Pro,
tectorium.

Frater Hugo miseratione divina
et Sancte Salina Præbiter
Cardinalis, Apostolica Sedis Lega-
tus. Venerabili Fratri Abbati
de Pöddageshusen Cisterciensis
ordinis, Halberstadensis Dia-
cesis, salutem in Domino.

Quia in nonnullis Alemannie
partibus refrigescit caritas,
et quorundam impietas adeo
invalescit, quod ad Ecclesias
et Ecclesiasticas personas non
solum non habeant reverentiam
propter Deum, verum etiam

ipsum in eis a pertissime per,
sequantur. Expediit, ut nos, qui,
cum legatione in partibus eis,
idem fungimur, Ecclesiis et
personis hujusmodi de Lega-
tione ipsa existentibus sumus
in exhibenda justitia debito,
res, persecutorum ipsorum
conatibus obviamus. Cum igitur,
sicut dilectis in Christo Decano
et Capitulo Ecclesie S. Andreae
Hildesimensis accepimus refe-
rentibus, Idem à nonnullis
perditionum filiis, qui nomen
Domini recipere in vanum

non formidant, et de suis iniquitatibus gloriantur, graves saepe patiuntur super bonis suis injurias et jacturas.


Nos volentes ipsorum providere quieti, et injuriatorum malitiis obviare, Fraternalitati vestra, qua fungimur, auctoritate mandamus, quatenus eidem Ecclesiae contra Raptores, Prædones et Invasores praesidio defensionis efficaciter assistentes non permittatis eosdem à talibus infra terminos praedictae Legationis existentibus indebitè molestari, molestante


hu


hujusmodi per censuram
Ecclesiasticam compesen-
do, presentibus post Tri-
ennium minimè valituris.

Datum Brunswicq̄ Calen-
dis Martii, Pontificatus
Domini Innocentii Papa
IV. Anno nono.

O. Hon.







Handwritten text, possibly a title or author's name, written in a cursive script at the top of the book's spine.

2.

Handschr.
492
fol.



UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN



UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN



